Digitized by Google

REGVLA
SANCTI
BENEDICTI
ABBATIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

REGVLA S. BENEDICTI ABBATIS MONACHORVM PATRIARCHÆ,

CVM DECLARATIONIBVS, ET CONSTITVTIONIBVS,

Patrum Congregationis Caſinenſis recognitis, & approbatis

IN COMITIIS GENERALIBVS;

Habitis in Monaſterio S. BENEDICTI de Padolyrone

Anno Domini MDCLXIX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TICINI REGII,

Ex Typographia Io. Andreæ Magrij. MDCLXXI.

DE CONSENSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

OMNIBVS
SVB REGVLA
SS.MI P. N. BENEDICTI
IN CONGREGATIONE CASINENSI
MILITANTIBVS.
D. IOANNES A MVTINA
HVMILIS PRÆSIDENS.

CVM Generalia Comitia, quæ ſingulo quoque anno habebantur, ad biennium differenda, & Procuratorem Generalem in Curia, qui ex Prioribus deſumebatur, ex Abbatibus Regiminis eligi, communibus Prælatorum votis, Apoſtolicæ Sedis poſtmodum robore firmatis ſancitum extiterit; operæ pretium fuit, Conſtitutiones aliquas ad id muneris ſpectantes, et Dietæ, Capitulique tempora decernentes commutare, reliquis vt prius omni fere ex parte conſiſtentibus: ex quo ſit volumen hoc in lucem de nouo prodiens, non nouas, verùm tantummodo nouiter impreſſas, gerere Regulæ Declarationes, ac noſtræ Congrega-

Digitized by Google

gregationis Conſtitutiones; incongruum ſiquidem fuiſſet, leges eas, quibus Congregatio, Dominicus veluti ager, exculta flores honoris, & honeſtatis; nec non vberrimos religioſæ obſeruantiæ edidit fructus, obliterari, nouaſq; condi, quibus ſata pernicioſam potius coaluiſſet in ſegetem; dum Damaſi Pontificis oraculo, Religioſorum Maiores quantò plura ſui ordinis faciunt ſtatuta, tantò plus Regulam ſine lege confundunt. Quæ igitur à Parentibus noſtris ſtatuta hæreditario veluti iure accepimus, eadem Vobis obſeruanda proponuntur, vt ſic idem diuini amoris, cui illi ſeruierunt, ſpiritus excitetur in nobis, & eo Congregatio noſtra augeatur in dies ſanctimoniæ feruore, quo ſub eorum magiſterio ſuccreuit enutrita. Valete.

Papiæ, è Monaſterio S. Saluatoris Kal. Martij.

VRBA.

Digitized by Google

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SACRI Apoſtolatus miniſterio per abundantiam Diuinæ gratię nullo licet merito noſtro præpoſiti, ad ea, perquę Chriſtifideliũ pręſertim Altiſſimo ſub ſuaui Religionis iugo, & Monaſtica diſciplina famulantiũ proſpero ſtatui, feliciq; directioni conſulitur, libenter intendimus, & ijs, quę propterea facta fuiſſe dicuntur, vt ab omnibus, quos illa concernunt inuiolabiliter obſeruentur, Apoſtolici muniminis adijcimus firmitatem, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum

itaq;

itaq; ſicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius Gregorius de Parma Monachus expreſſe profeſſus Congregationis Caſinen̄ Ordinis S. Benedicti, & eiuſdem Congregationis Procurator Generalis, conſtitutiones antiquę, & declarationes ſuper Regulam S. Benedicti Congregationis prædictę aliàs Apoſtolica auctoritate cōfirmatæ in quodam Capitulo Generali eiuſdem Cōgregationis auctoritate dilecti filij noſtri Franciſci S. Laurentij in Damaſo Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vicecancellarij noſtri ſecūdum carnem ex fratre germano nepotis, & Ordinis prædicti apud nos, & Apoſtolicam Sedem Protectoris,& in vim facultatis eidē Congregationi per fel.rec. Eugenium Papam IV. prædeceſſorem no-

ſtrum,

ſtrum, vt ipſe Gregorius aſſerit, cõceſſę in aliquibus correctę, & declaratæ fuerint, vt ad præſcriptum literarũ Apoſt. tàm à Romanis Pontificibus etiam prædeceſſoribus noſtris, quàm à nobis poſt confirmationem conſtitutionum, & declarationum huiuſmodi pro bono eiuſdẽ Congregationis regimine emanatarum reducerentur, ac earum obſeruantiæ, quæ ad præſens in Congregatione prędicta viget, vniformes redderentur. Nobis propterea d. Gregorius totius Congregationis huiuſmodi nomine humiliter ſupplicari fecit, vt Conſtitutiones, & declarationes huiuſmodi, vt præfertur, correctas, & declaratas Apoſtolicę confirmationis robore communire de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eumdem

Gre-

Digitized by Google

Gregorium ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum pręſentium dumtaxat cõſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: Conſtitutiones, & declarationes prædictas in d. Capitulo generali, vt petitur correctas, & declaratas, dummodo tamen S. Canonibus, ac Concilij Tridentini decretis, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis non aduerſentur, neq; ſint reuocatæ, aut ſub aliqua reuocatione comprehenſæ, Apoſtolica auctoritate tenore

præ-

Digitized by Google

præſentium confirmamus,& approbamus, illiſq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus, atque Conſtitutiones, et declarationes huiuſmodi in eadem Congregatione perpetuò obſeruari, ſicque per quoſcumq; Iudices ordinarios, et delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, et diffiniri debere, ac irritum, et inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtañ conſtitutionibus, et ordinationib' Apoſtolicis, et quatenus opus ſit quibuſuis alijs Ordinis, et Congregationis huiuſmodi etiam iuramento con-

firma-

firmatione Apoſt. vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Volumus autem, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutę munitis, eadem prorſus adhibeatur fides, quę adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Martij 1642. Pontificatus noſtri anno decimo nono.

M. A. Maraldus

Digitized by Google

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

SANCTI MONACHORVM PATRIS BENEDICTI In Regulam ſuam.

PROLOGVS.

AVSCVLTA, ò FILI, PRAECEPTA MAGISTRI, & inclina aurem cordis tui: & admonitionem pij patris libenter excipe, & efficaciter comple: vt ad eum per obedientiæ laborem redeas, à quo per inobedientiæ deſidiam receſſeras. Ad te ergò nunc meus ſermo dirigitur, quiſquis abrenuncians proprijs voluntatibus, Domino Chriſto vero regi militaturus,

Digitized by Google

obedientiæ fortiſſima, atque præclara arma aſſumis, In primis, vt quicquid agendum inchoas bonum. ab eo perfici inſtantiſſima oratione depoſcas: vt qui nos iam in filiorum dignatus eſt numero computare, non debeat aliquandò de malis actibus noſtris contriſtari. Ità enim ei omni tempore de bonis ſuis in nobis parendum eſt: vt non ſolùm iratus pater, non aliquandò filios ſuos exhæredet: Sed nec, vt metuendus dominus, irritatus malis noſtris, vt nequiſſimos Seruos, perpetuam tradat ad pœnam, qui eum ſequi noluerint ad gloriam.

Exurgamus ergò tandem aliquandò, excitante
Rom.13. nos Scriptura, ac dicente: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et apertis oculis noſtris ad deificum lumen, attonitis auribus audiamus, diuina
Pſalm.94. quotidiè clamans quid nos admoneat vox, dicens: Hodiè ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra; & iterùm: Qui habet aures audiendi
Apoc.2. audiat, quid Spiritus dicat Eccleſijs. Et quid dicit.
Pſalm.33. Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. Currite, dum lumen vitæ habetis, ne tene-
Ioann.12. bræ mortis vos comprehendant. Et quærens Dominus in multitudine Populi, cui hæc clamat, ope-
Pſalm.33. rarium ſuum, iterùm dicit: Quis eſt homo, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Quod ſi tu audiens, reſpondeas, Ego: dicit tibi Deus: Si vis habere veram, & perpetuam vitam, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam. Et cùm hæc feceritis,

oculi

Digitized by Google

oculi mei ſuper vos, & aures meæ ad preces ve-
ſtras. Et antequàm me inuocetis, dicam: Ecce
adſum. Quid dulcius nobis hac voce Domini inui- *Eſa.65.*
tantis nos, fratres chariſſimi? Ecce pietate ſua de-
monſtrat nobis Dominus viam vitæ.

Succinctus ergò fide, vel obſeruantia bonorum *Ephe. vlt.*
actuum lumbis noſtris, per ducatum Euangelij per-
gamus itinera eius: vt mereamur eum, qui nos vo-
cauit, in regno ſuo videre. In cuius regni taber-
naculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actibus
currendo minimè peruenitur. Sed interrogemus,
cum Propheta Dominum, dicentes ei: Domine, *Pſal.14.*
quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requie-
ſcet in Monte Sancto tuo? Poſt hanc interrogatio-
nem, fratres, audiamus Dominum reſpondentem,
& oſtendentem nobis viam ipſius tabernaculi, ac
dicentem: Qui ingreditur ſine macula, & operatur
iuſtitiam: qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui
non egit dolum in lingua ſua; qui non fecit pro-
ximo ſuo malum: & opprobrium non accepit ad-
uersùs proximum ſuum. Qui malignum diabolum
aliqua ſuadentem ſibi, cum ipſa ſuaſione ſua à con-
ſpectibus cordis ſui reſpuens, deduxit ad nihilum,
& paruulos cogitatus eius tenuit, & alliſit ad Chri- *Pſal.136.*
ſtum. Qui timentes Dominum, de bona obſeruan-
tia ſua non ſe reddunt elatos: ſed ipſa in ſe bona,
non à ſe poſſe, ſed à Domino fieri exiſtimantes,
operantem in ſe Dominum magnificant, illud cum
Propheta dicentes: Non nobis, Domine, non no- *Pſal.113.*
bis: ſed nomini tuo da gloriam. Sicut nec Paulus

Digitized by Google

1.Cor.15. Apoſtolus de prædicatione ſua ſibi aliquid imputa-
1.Cor.1. uit, dicens: Gratia Dei ſum id, quod ſum. Et
2.Cor.10. iterùm ipſe dicit: Qui gloriatur, in Domino glo-
Matth.7. rietur. Vnde, & Dominus in Euangelio ait: Qui audit verba mea hæc, & faciet ea, ſimilabo eum viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram: venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra petram. Hæc complens Dominus, expectat nos quotidiè, his ſuis ſanctis monitis factis nos reſpondere debere. Ideò nobis propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo: An neſcis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?
Rom.2. Nam prius Dominus dicit: Nolo mortem pecca-
Ezech.18. toris, ſed vt conuertatur, & viuat. Cùm ergò interrogaſſemus Dominum, fratres, de habitatore tabernaculi eius, audiuimus habitandi præceptum: Sed ſi compleamus habitatoris officium, erimus hæredes Regni Cœlorum. Ergò præparanda ſunt corda, & corpora noſtra ſanctæ præceptorum obedientiæ militatura: & quod minus habet in nobis natura poſſibile, rogemus Dominum, vt gratiæ ſuæ iubeat nobis adiutorium miniſtrare. Et ſi fugientes gehennæ pœnas ad vitam perpetuam volumus peruenire; dùm adhuc vacat, & in hoc corpore ſumus, & hæc omnia per hanc lucis viam vacat implere, currendum, & agendum eſt modò, quod in perpetuum nobis expediat.

Conſtituenda eſt ergò à nobis Dominici ſchola, ſeruitij,

ſeruitij, in qua inſtitutione nihil aſperum, nihilquè graue nos conſtituturos ſperamus. Sed, & ſi quid paululum reſtrictius, dictante æquitatis ratione, propter emendationem vitiorum, vel conſeruationem charitatis proceſſerit, non illicò pauore perterritus refugias viam ſalutis, quæ non eſt, niſi anguſto initio incipienda. Proceſſu verò conuerſationis, & fidei, dilatato corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur via mandatorum Dei: vt ab ipſius nunquàm magiſterio diſcedentes, in eius doctrina vſquè ad mortem in Monaſterio perſeuerantes, paſſionibus Chriſti per patientiam participemur: vt & regni eius mereamur eſſe conſortes. Matth. 7. 1. Cor. 1.

PROLOGVS DECLARATIONVM

Patrum Congregationis Caſinenſis.

ADmoniti pia noſtræ Regulæ inſtitutione, quæ docet Abbatem ita diſponere, ac moderari debere omnia, vt, & ad ſalutem dirigantur animarum, & feruentes inde habeant, quod cupiunt, nec debiles refugiant; iniungitq; Monachis, quod ea, quæ faciunt, ſine perturbationibus exequantur. Suffulti etiam auctoritate Apoſtolica, quædam Regulæ dubia declarabimus, modificando ea, quæ aſpera videntur, & nonnullos viuendi modos componendo: vt vniformitas morum ac ceremoniarum in Congregatione noſtra ſeruetur.

INCI-

Digitized by Google

INCIPIT REGVLA S. PATRIS BENEDICTI.

De Generibus Monachorum.

CAP. I.

MONACHORVM quatuor eſſe genera manifeſtum eſt. Primum, Cœnobitarum: hoc eſt Monaſteriale, militans ſub Regula, vel Abbate. Deindè ſecundum genus eſt Anachoretarum, ideſt, Eremitarum, horum, qui non conuerſionis feruore nouitio, ſed Monaſterij probatione diuturna didicerunt contrà diabolum multorum ſolatia iam docti pugnare: & benè inſtructi fraterna ex acie ad ſingularem pugnam Eremi, ſecuri iam ſine conſolatione alterius, ſola manu, vel brachio contrà vitia carnis, vel cogitationum, Deo auxiliante, ſufficiunt pugnare. Tertium verò Monachorum teterrimum genus, eſt Sarabaitarum, qui nulla regula approbati experientia magiſtra, ſicut aurum fornacis: ſed in plumbi natura molliti, adhùc operibus ſeruantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè ſinguli ſine paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ouilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas: cum quicquid putauerint, vel elegerint, hoc dicunt Sanctum, & quod noluerint, putant non licere. Quartum verò

Cœnobitæ.

Anachoritæ.

Sarabaitæ deteſtabiles.

Digitized by Google

Gyrouagi. genus, eſt Monachorum, quod nominatur gyrouagum; qui tota vita ſua per diuerſas Prouincias ternis, aut quaternis diebus per diuerſorum cellas hoſpitantur, ſemper vagi, & nunquàm ſtabiles, & proprijs voluptatibus, & gulæ illecebris ſeruientes, & per omnia deteriores Sarabaitis: de quorum omnium miſerrima conuerſatione melius eſt ſilere, quàm loqui. His ergò omiſſis, ad Cœnobitarum fortiſſimum genus diſponendum, adiuuante Domino, veniamus.

Qualis debeat eſſe Abbas.

CAP. II.

ABBAS, qui præeſſe dignus eſt Monaſterio, ſemper meminiſſe debet, quod dicitur: & nomen maioris factis implere. Chriſti enim agere vices in Monaſterio creditur, quando ipſius vocatur prænomine, dicente Apoſtolo: Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Ideoquè Abbas nihil extrà præceptum Domini (quod abſit) debet aut docere, aut conſtituere, vel iubere: ſed iuſſio eius vel doctrina, fermentum diuinę iuſtitiæ in diſcipulorum mentibus conſpergatur. Memor ſit ſemper Abbas, quia doctrinæ ſuę, vel diſcipulorum obedientiæ vtrarumque rerum in tremendo iudicio Dei facienda erit diſcuſſio. Sciatque Abbas culpæ paſtoris incumbere, quicquid in ouibus paterfamilias vtilitatis minus potuerit inuenire. Tantùm iterum liber erit, ſi inquieto, vel inobedienti

Rom. 8.

gregi

Digitized by Google

gregi paſtoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus vniuerſa fuerit cura exhibita: paſtor earum in iudicio Domini abſolutus, dicat cum Propheta Domino: Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo, veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi: ipſi autem contemnentes ſpreuerunt me. Et tunc demùm inobedientibus curæ ſuæ ouibus pœna ſit eis præualens ipſa mors. *Pſal.39.*

Ergò cùm aliquis ſuſcipit nomen Abbatis, duplici debet doctrina ſuis præeſſe diſcipulis, ideſt, omnia bona, & ſancta, factis ampliús, quàm verbis oſtendere: vt capacibus diſcipulis mandata Domini verbis proponat: duris verò corde, & ſimplicioribus factis ſuis Diuina præcepta demonſtret. Omnia verò, quæ diſcipulis docuerit eſſe contraria, in ſuis factis indiget non agenda: ne alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Nequandò illi dicat Deus peccanti: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam, & proiecisti ſermones meos poſt te. Et qui in fratris tui oculo feſtucam videbas, in tuo proprio trabem non vidiſti? Non ab eo perſona in Monaſterio diſcernatur. Non vnus plus ametur, quàm alius; niſi quem in bonis actibus, aut obedientia inuenerit meliorem. Non conuertenti ex ſeruitio præponatur ingenuus, niſi alia rationabilis cauſa exiſtat. Quod ſi, ità iuſtitia dictante, Abbati viſum fuerit: & de cuiuslibet ordine id faciat; ſin aliàs propria teneant loca: quia ſiue ſeruus, ſiue liber, omnes in Chriſto vnum ſumus: & ſub vno Domino, æqualem ſeruitutis militiam baiulamus: quia *Act.1.* *1.Cor.9.* *Pſal.49.* *Matth.7.* *1.Cor.12.* *Rom.12.*

non

non eſt apud Deum perſonarum acceptio. Solummodò in hac parte apud ipſum diſcernimur, ſi meliores alijs in operibus bonis, & humiles inueniamur. Ergò æqualis ſit omnibus ab eo charitas: vna præbeatur omnibus, ſecundùm merita, diſciplina.

Galat. 2. *Epheſ. 6.*

In doctrina namq; ſua Abbas Apoſtolicam debet illam ſemper formam ſeruare, in qua dicit: Argue, obſecra, increpa; ideſt miſcens temporibus tempora, terroribus blandimenta: dirum Magiſtri, pium Patris oſtendat affectum, ideſt, indiſciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere: obedientes autem, & mites, & patientes, vt meliùs proficiant, obſecrare. Negligentes autem, & contemnentes, vt increpet, & corripiat, admonemus. Nequè diſſimulet peccata delinquentium: Sed mox, vt cœperint oriri, radicitus ea, vt preualet, amputet: memor periculi Heli Sacerdotis de Sylo. Et honeſtiores quidem, atque intelligibiles animos prima, vel ſecunda admonitione verbis corripiat: Improbos autem, & duros, ac ſuperbos, vel inobedientes verberum, vel corporis caſtigatione, in ipſo initio peccati coerceat; ſciens ſcriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterùm: Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.

2. Tim. 4. *1. Reg. 2.* *Prou. 23.*

Meminiſſe debet ſemper Abbas, quod eſt: meminiſſe, quod dicitur, & ſcire; quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur: Sciatq; quàm difficilem, & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſeruire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium ſuaſionibus: & ſecundùm vniuſcuiuſq; qualitatem, vel intelligentiam,

itâ

Digitized by Google

itâ ſe omnibus conformet, & aptet, vt non ſolum detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur; verùm etiam in augmentatione boni gregis gaudeat. Antè omnia ne diſſimulans, aut paruipendens ſalutem animarum ſibi commiſſarum, plùs gerat ſolicitudinem de rebus tranſitorijs, & terrenis, atque caducis, ſed ſemper cogitet, quia animas ſuſcepit regendas, de quibus, & rationem redditurus eſt. Et ne cauſetur fortè de minori ſubſtantia, meminerit ſcriptum: Primùm quærite Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Et iterùm: Nihil deeſt timentibus eum. Sciatque, quia qui ſuſcipit animas regendas, pręparet ſe ad rationem reddendam. Et quantum ſub cura ſua Fratrum ſe habere ſcierit numerum, agnoſcat pro certo, quia in die Iudicij ipſarum omnium animarum eſt redditurus Domino rationem, ſine dubio additam, & ſuę animæ. Et ita timens ſemper futuram diſcuſſionem Paſtoris de creditis ouibus, cum de alienis ratiocinijs cauet, redditur de ſuis ſolicitus. Et cum de admonitionibus ſuis emendationem alijs ſubminiſtrat, ipſe efficitur à vitijs emendatus.

Matth. 6.

Pſal. 34.

DECLARATIO

Ibi: Sciatque Abbas culpæ Paſtoris.

Conſiderent maxima cum attentione Pręlati doctrinam huius capitis, curentque omni vigilantia, vt fratres ad Regularem obſeruantiam, ad ſacras item lectiones, meditationes, ac orationes ſedulò incumbant: Sanctiſſima Sacramenta, celebrationeſ-

tioneſque Miſſarum deuotè frequenten t;ac præſertim inuigilent, ne Officiales, tàm Monachi, quàm Commiſſi, qui extrà Monaſteria, ob curam rerum temporalium, degunt, propter huiuſmodi adminiſtrationes ſpiritualia exercitia prætermittant.

Ibi : Omnia verò.

2 ORdinamus, Prælatos debere ſemper (quoad fieri poteſt) intereſſe obſeruantijs, tàm in Choro, quàm in Refectorio.

Ibi : Neque diſſimules.

3 ADuertant Prælati hanc partem Regulæ, eamq; omninò obſeruent, conſiderantes, propter repræhenſionum, & correctionum omiſſionem, multa mala poſſe in Congregatione obrepere. Contrà criminoſos verò, & delinquentes, etiam ex officio procedant: vt ex vigili coercitione faciliùs, & citiùs corrigantur. Quòd ſi Prælati in grauioribus cauſis, negligentes fuerint: Diffinitores, vel Regimen pro modo culpæ in ipſos ſeuerè animaduertant.

Ibi : Et alium quidem blandimentis.

4 HInc nouerint Abbates, quanta indigeant moderatione in regendis ſubditis: & qua diſcretione, & flexibilitate, ſe debeant vniuſcuiuſque naturæ conformare; vt animas lucrifaciant.

De

Digitized by Google

De adhibendis ad Conſilium fratribus.

CAP. III.

QVoties aliqua præcipua agenda ſunt in Monaſterio, conuocet Abbas omnem Congregationem: & dicat ipſe, vndè agitur. Et audiens conſilium fratrum, tractet apud ſe, & quod vtilius iudicauerit, faciat. Ideò autem omnes ad conſilium vocari diximus: quia ſæpè iuniori Dominus reuelat, quod melius eſt. Sic autem dent Fratres Conſilium cum omni humilitatis ſubiectione, vt non prȩſumant procaciter defendere, quod eis viſum fuerit; ſed magis in Abbatis pendeat arbitrio: vt quod ſalubrius eſſe iudicauerit, ei cuncti obediant: Sed ſicut Diſcipulis conuenit obedire Magiſtro: ità & ipſum prouidè, & iuſtè condecet cuncta diſponere. In omnibus igitur omnes Magiſtram ſequantur Regulam: neque ab ea temerè declinetur à quoquam.

Nullus in Monaſterio ſequatur cordis proprij voluntatem: neque præſumat quiſquam cum Abbate ſuo proteruè intùs, aut foris Monaſterium contendere. Quod ſi præſumpſerit, Regulari diſciplinæ ſubiaceat. Ipſe tamen Abbas cum timore Dei, & obſeruatiòne Regulæ omnia faciat: ſciens ſe procul dubio de omnibus iudicijs ſuis æquiſſimo Iudici Deo rationem redditurum. Si qua verò minora agenda ſunt in Monaſterij vtilitatibus, Seniorum tantùm vtatur conſilio,

ſicut

ſicut ſcriptum eſt: Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis.

DECLARATIO.

Ibi: Aliqua præcipua.

1 INter pręcipua, in quibus maximè totius Congregationis, ſiuè Conuentus cuiuſcunque Monaſterij conſilia, & vota requiri debent, ſunt, Receptio Nouitiorum ad Profeſſionem, Collatio Beneficiorum (vbi conſueuit Conuentus interuenire huiuſmodi collationibus) Syndicatus, Locationes ad longum tempus, acceptatio Miſſarum perpetuarum; & alia huiuſmodi: Quælibet etiam alienatio rerum Eccleſiaſticarum, immobilium, & pretioſarum mobilium, quę per ſacros Canones, ſine permiſſione Summi Pontificis, omninò fieri prohibentur.

2 Et ne facile Prælati, & Conuentus noſtræ Congregationis prędicta Monaſteriorum bona quoquo modo alienare præſumant: Ordinamus, quod quotieſcumque pro aliquo Monaſterio eſt facienda alienatio alicuius proprietatis (præterquàm ſi eſſet fundus modici valoris, qui pretium Ducatorum quinquaginta non excederet) vt omnia ritè procedant, prius quàm à Diffinitoribus petatur licentia, ineatur inter ipſos Superiores conſilium, an expediat vtilitati Monaſterij, & demum de conſenſu Superiorum ſecretis totius Conuentus exponatur ſuffragijs, à quo diligentius examinato negotio, & cognita voluntate Monachorum, ſi duæ ex tribus partibus conſenſerint, & in vtilitatem iudica-

Digitized by Google

iudicauerint cedere Monaſterij, tunc à Capitulo Generali licentiam petant, declarando Patribus, ſe ritè ſecundùm ordinationes noſtras in Monachorum Capitulo negotium pertractaſſe.

3 Firmiter ſtatuentes, quod Prælatus, & Conuentus nullam omninò alienationem facere poſſint de poſſeſſionibus, vel rebus immobilibus, & mobilibus pretioſis Monaſteriorum noſtrorum, niſi prius obtenta licentia à Capitulo Generali, vel Regimine, quibus fideliter exponi debebit, quò in ſtatu res ſeſe habeant, impetratoque, nec aliter, nec alio modo, aſſenſu à Sede Apoſtolica.

4 Quo verò ad alienandi ſolemnitatem, & licentiam à Sede Apoſtolica obtinendam, obſeruentur Conſtitutiones Summorum Pontificum, præſertim Pauli Secundi, & Sanctiſſimi D. Noſtri Vrbani Papæ Octaui de rebus Eccleſiæ non alienandis.

5 Bona porrò emphiteotica, aut feudalia (ſi qua defectu deſcendentium, aut alio quouis modo ad Monaſteria deuolui liberè contingat) pari lege ſtatuimus, ne poſſint rurſum in Emphiteuſim, vel feudum dari, niſi à Capitulo Generali, vel ſaltem Patris Præſidis, & vnius Viſitatoris Prouinciæ prius obtenta licentia.

6 Obtenta autem tali facultate, ſiquę res eſt alienanda, quoad fieri poteſt, per viam permutationis fiat, aut ita cautè pecunia applicetur, ne Monaſteria aliquod detrimentum patiantur: Sæpe enim contingit, bona Laycorum eſſe hypothecata, aut fideicommiſſo ſubiecta, vel aliter obligata.

Ibi;

Digitized by Google

Ibi: Conuocet Abbas omnem Congregationem.

7 ANtequam Abbas exponat cauſam, de qua agendum eſt, exhortetur fratres, vt cum humilitate dent conſilium iuxta hoc Capitulum.

8 Prohibemus autem, ne quis Frater audeat reuelare ea, quæ in Capitulis particularibus Monaſteriorum tractata fuerint, quæ ſint prohibita à Patribus reuelari. Quod ſi quis tranſgreſſus fuerit, iniungatur ei pro hac graui inobedientia, vt dicat ſuam culpam in Capitulo coram omnibus: ieiunetque ſemel pane, & aqua in terra in Refectorio, & priuetur per ſex menſes voce actiua, & paſſiua Capituli.

Ibi: Abbas.

9 DEclaramus per totam Regulam idem intelligendum de Priore, vbi dignitas Monaſterij non eſſet Abbatia, ſed Prioratus.

Ibi: Seniorum tantum vtatur conſilio.

10 DEclaramus nomine Seniorum intelligendos eſſe Priorem Clauſtralem, & Decanos regiminis, cum quibus Prælati negotia Monaſteriorum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus occurrentia liberè tractare, & expedire poſſint.

Quæ

Quæ ſint inſtrumenta bonorum operum.

CAP. IV.

Primum inſtrumentum. In primis, Dominum Deum diligere ex toto corde, tota anima, tota virtute.

2 Deinde, proximum tanquam ſe ipſum. *Deut. 6.*
3 Deinde, non occidere. *Luc. 10.*
4 Non adulterari. *Leuit. 19.*
5 Non facere furtum. *Exo. 20.*
6 Non concupiſcere. *Deut. 5.*
7 Non falſum teſtimonium dicere. *1. Petr. 2.*
8 Honorare omnes homines. *Luc. 9.*
9 Et quod ſibi quis fieri non vult, alij non faciat. *Tob. 4.*
10 Abnegare ſemetipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum. *Matth. 7.*
11 Corpus caſtigare. *1. Cor. 9.*
12 Delicias non amplecti. *2. Petr. 2.*
13 Ieiunium amare. *Dan. 1.*
14 Pauperes recreare. *Tob. 4.*
15 Nudum veſtire. *Eſaiæ 58.*
16 Infirmum viſitare. *Matth. 25*
17 Mortuum ſepelire. *Tob. 1. 2.*
18 In tribulatione ſubuenire. *Eccl. 6.*
19 Dolentem conſolari. *Eccl. 7.*

20 A ſeculi actibus ſe facere alienum. *2.Tim. 2.*

21 Nihil amori Chriſti præponere. *Matth. 10*

22 Iram non perficere. *Matth. 5.*

23 Iracundiæ tempus non reſeruare. *Epheſ. 4.*

24 Dolum in corde non tenere. *Prou. 12.*

25 Pacem falſam non dare. *Iob. 36.*

26 Charitatem non derelinquere. *Pſal. 27.*

27 Non iurare, ne fortè periuret. *1.Pet. 4.*

28 Veritatem ex corde, & ore proferre. *Matth. 5.*

29 Malum pro malo non reddere. *Pſal.* 14. *1.Theſſ. 5.*

30 Iniuriam non facere, ſed factam patienter ſufferre. *1.Cor. 6.*

31 Inimicos diligere. *Matth. 5.*

32 Maledicentes ſe non remaledicere, ſed magis benedicere. *Rom. 12. 1.Pet. 3.*

33 Perſecutiones pro iuſtitia ſuſtinere. *Matth. 5.*

34 Non eſſe ſuperbum. *Tob. 4.*

35 Non vinolentum. *1.Tim. 3.*

36 Non multum edacem. *Eccl. 31. 37.*

37 Non ſomnolentum. *Prou. 20.*

38 Non pigrum. *Prou. 24. 26.*

39 Non murmuroſum. *Sap. 1.*

40 Non detractorem. *Prou. 4.*

41 Spem ſuam Deo committere. *Pſal. 36.*

42 Bonum aliquod in ſe cum viderit, Deo applicet, non ſibi. *Iacob 1.*

43 Malum verò ſemper à ſe factum ſciat, & ſibi reputet. *Oſeæ 13.*

44 Diem Iudicij timere. *Iob 31.*

45 Gehennam expaueſcere. *Lucæ 12.*

46 Vi-

46 Vitam æternam omni concupiſcentia ſpirituali deſiderare. *Pſal.* 83. *Phil.* 1.

47 Mortem quotidie ante oculos ſuſpectam habere. *Matt.* 24.

48 Actus vitæ ſuæ omni hora cuſtodire. *Deut.* 4.

49 In omni loco Deum ſe reſpicere, pro certo ſcire. *Prou.* 5.

50 Cogitationes malas cordi ſuo aduenientes mox ad Chriſtum allidere. *Pſ.* 136.

51 Et ſeniori ſpirituali patefacere. *Eccl.* 8.

52 Os ſuum à malo, vel prauo eloquio cuſtodire. *Pſal.* 33. 38.

53 Multum loqui non amare. *Prou.* 10. *Matth.* 12.

54 Verba vana, aut riſui apta non loqui. 2. *Tim.* 2.

55 Riſum multum, aut excuſſum non amare.

56 Lectiones ſanctas libenter audire. *Luc.* 11.

57 Orationi frequenter incumbere. *Luc.* 18.

58 Mala ſua præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri: & de ipſis malis de cætero emendare. *Gal.* 5.

59 Deſideria carnis non perficere: Voluntatem propriam odire. *Heb.* 13.

60 Præceptis Abbatis in omnibus obedire, etiam ſi ipſe aliter (quod abſit) agat, memor illius Dominici præcepti: Quę dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. *Matt.* 23.

61 Non velle dici ſanctum, antequam ſit;

ſed prius eſſe, quo verius dicatur. *Matth.6.*

62 Præcepta Dei factis quotidie adimplere. *Eccl.6.*
63 Caſtitatem amare. *1. Tim. 5.*
64 Nullum odire. *Leuit. 19.*
65 Zelum, & inuidiam non habere. *Galat. 5.*
66 Contentionem non amare. *2. Tim. 2.*
67 Elationem fugere. *Pſal. 130.*
68 Seniores venerari. *Leuit. 19.*
69 Iuniores diligere. *1. Tim. 5.*
70 In Chriſti amore pro inimicis orare. *Matth. 5.*
71 Cum diſcordantibus ante Solis occaſum in pacem redire. *Epheſ. 4.*
72 Et de Dei miſericordia nunquam deſperare. *Ezech. 18.*

Ecce hæc ſunt inſtrumenta artis ſpiritualis, quæ cum fuerint à nobis die, noctuq; inceſſabiliter adimpleta, & in die Iudicij reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum. Officina verò, vbi hæc omnia diligenter operemur, clauſtra ſunt Monaſterij, & ſtabilitas in Congregatione.

De obedientia Diſcipulorum.

CAP. V.

PRimus humilitatis gradus, eſt obedientia ſine mora. Hæc conuenit ijs, qui nihil ſibi Chriſto carius exiſtimant propter metum Gehennæ, vel

næ, vel gloriam vitæ æternæ; & mox, vt aliquid imperatum à Maiore fuerit, ac ſi diuinitus imperetur, moram pati neſciunt in faciendo. De quibus Dominus dicit: Obauditu auris obediuit mihi. Et item dicit Doctoribus: Qui vos audit, me audit. Ergo hi tales relinquentes ſtatim, quę ſua ſunt, & voluntatem propriam deſerentes; mox exoccupatis manibus, & quod agebant imperfectum relinquentes, vicino obedientiæ pede, iubentis vocem factis ſequuntur; Et veluti vno momento prædicta Magiſtri iuſſio, & perfecta Diſcipuli opera, in velocitate timoris Dei, ambę res communiter citius explicantur, quibus ad vitam æternam gradiendi amor incumbit, Ideò anguſtam viam arripiunt: Vnde Dominus dicit: Anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam; vt non ſuo arbitrio viuentes, vel deſiderijs ſuis, & voluptatibus obedientes, ſed ambulantes alieno iudicio, & imperio, in Cœnobijs degentes, Abbatem ſibi præeſſe deſiderant. Sine dubio hi tales illam Domini ſententiam imitantur, quâ dicit: Non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me. Sed hæc ipſa obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus, ſi quod iubetur, non trepidé, non tardé, non tepidé, aut cum murmure, vel cum reſponſo nolentis efficiatur; Quia obedientia, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Ipſe enim dixit: Qui vos audit, me audit. Et cum bono animo à Diſcipulis præberi oportet: quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo ſi obedit Diſcipulus, & non ſolum ore, ſed etiam corde ſi murmurauerit: Et ſi impleat iuſſionem, tamen

Pſal. 17. *Matth. 10.* *Matth. 7.* *Iohn. 5.* *Matth. 10.* *Cor. 19.* *Eccleſ. 35.*

acceptum iam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis. Et pro tali facto nullam conſequitur gratiam: imo murmurantium pœnam incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendauerit.

De Taciturnitate.

CAP. VI.

Psal. 38. FAciamus, quod ait Propheta: Dixi, cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea: Poſui ori meo cuſtodiam: obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Hic oſtendit Propheta, ſi bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem debet taceri, quanto magis à malis verbis propter pœnam peccati debet ceſſari? Ergo, quamuis de bonis, & ſanctis ad ędificationem eloquijs, perfectis Diſcipulis, propter taciturnitatis grauitatem, rara loquendi concedatur licentia; Quia ſcriptum eſt: In multiloquio
Prou. 10. non effugies peccatum. Et alibi: Mors, & vita in manibus linguæ. Nam loqui, & docere Magiſtrum condecet: tacere, & audire diſcipulo conuenit. Et ideo ſi qua requirenda ſunt à Priore, cum omni humilitate, & ſubiectione reuerentiæ requirantur. Scurrilitates verò, vel verba otioſa, & riſum mouentia æterna clauſura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium, diſcipulum aperire os, non permittimus.

DECLARATIO.

Ibi: Scurrilitates verò.

1 MOti hac terribili ſententia Patris noſtri, mandamus Prælatis, cæteriſque Superioribus Monaſteriorum noſtrorum, vt diligenter faciant hanc partem Regulæ obſeruari, & pro huiuſmodi exceſſibus graues conſtituant pœnas.

2 Et vt ſcurrilitatum, ac leuitatum occaſiones tollantur, interdicimus in Monaſterijs teneri aues, aut animalia ad iocum, aut leuitatem prouocantia.

3 Omne quoque ludi genus Religioſis minimè conueniens, tàm intus, quàm extrà Monaſteria; vana etiam ſpectacula, & choreas, omnem habitus transformationem, & ludicra omnia penitus inhibemus.

4 Fratres verò, nec in Mari, nec in Fluminibus, cauſa lauandi, ſe ſpolient.

5 Ad effugiendam porrò diſciplinæ Regularis relaxationem, Prælati, & alij Superiores non concedant ſolatia, aut recreationes, niſi ſemel ſingulis hebdomadibus, dummodo diſcretioni Prælatorum aliquid, rarò quidem, & ex rationabili cauſa Monachis indulgendum non videatur; excepta tamen Quadrageſima, & Aduentu; quibus temporibus nefas eſt talia cogitare, ne dum permittere.

6 Quod ſi, vel in Monaſterio, vel extrà, Fratres quandocumque recreationis gratia conuenerint, caueant à diſſolutionibus, manuum iniectionibus, & huiuſmodi iocis honeſtati Religioſæ minimè conuenientibus.

Digitized by Google

Sintque ſolatia eorum modeſta, quæ iuxta dictum Sancti Bernardi potius recreent, quam eneruent. Qui verò contrafecerit, ieiunet ſemel in pane, & aqua, comedens in terra in Refectorio toties quoties. Quæ, vt melius obſeruentur, volumus, quod huiuſmodi recreationibus interſit Prælatus, vel ſaltem Prior Clauſtralis, aut vnus ex Superioribus Regiminis.

7 Caueant præterea Superiores, ne permittant, Monachos vagari per Ciuitates; ſed potius relaxandi animi cauſa concedant quandoque deambulationes extrà mœnia Ciuitatum; quæ tamen fiant conuentualiter, & cum Superiore Regiminis; Maximè verò cum Priore Clauſtrali, ſi id commodè fieri poterit.

8 Et ſi compellat neceſſitas, vt propter vrgentia negotia Monachi ad Ciuitates mittantur; per eas incedant ſemper (ſi fieri poteſt) ſociati, & cucullis induti, niſi iuſta de cauſa Prælati cum eis diſpenſauerint; & pileum ſuper caputium, quod caput tegat, deferant.

9 **Neque audeant Fratres prędicta de cauſa, aut propter vindemias, vel fruges colligendas extrà Monaſterium dormire, niſi præſente Prælato, vel vno ex Superioribus; ſed ad Monaſteria reuertantur: exceptis tamen Cellerarijs, & alijs Miniſtris ad talia deputatis.**

10 Licentiæ verò diſcedendi à Monaſterio infrà annum recreationis, vel etiam deuotionis cauſa, ſeu alio quouis prætextu, Fratribus noſtræ Congregationis à Diffinitoribus, vel Regimine, aut à Prælatis non concedantur, niſi ex rationabili cauſa, & raro ad euitandas vagationes, & ſub hac præſertim limitatione, vt ante

Digitized by Google

ante Dominicam primam Aduentus, & Feriam ſecundam poſt Quinquageſimam, ad Monaſteria ſibi aſſignata reuertantur. Diebus autem S. Quadrageſimę, & Aduentus, quibus oportet aliorum temporum negligentias diluere, ac feruentiùs Orationi, & Sacrę Lectioni vacare, noſtris iter facere, & à Monaſterijs ſibi aſſignatis abeſſe, niſi ex vrgentiſſima neceſſitate à Prælatis approbanda, omninò prohibemus. Cum verò Fratres præuijs debitis licentijs, ad Ciuitates, ſeu Oppida, in quibus ſunt Monaſteria, ac loca noſtrę Congregationis peruenerint, caueant, ne in ædibus Sæcularium audeant pernoctare, ſed ſtatim teneantur recto tramite Prælatis, vel in eorum abſentia Superioribus Monaſteriorum, ſeu locorum ſe præſentare, & in omnibus, dum illic moram traxerint, illis ſubeſſe; ſi aliter fecerint, pro qualitate culpæ puniendi.

11 Facultatem verò concedendi licentias Monachis, vel Commiſſis degendi extra Congregationem, tàm Prælatis, quàm ipſis Diffinitoribus, vel Regimini penitus interdicimus.

De Humilitate.

CAP. VII.

CLamat nobis Scriptura Diuina, Fratres dicens: omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur. Cum hæc ergo dicit, oſtendit omnem exaltationem genus eſſe ſuperbiæ: Quod ſe cauere Propheta indicat, dicens: Domine, *Luc. 14.* *Pſal. 130.*

non

non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me: Sed quid? Si non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam, ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita retributio in anima mea. Vnde Fratres, ſi ſummæ humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cœleſtem, ad quam per præſentis vitæ humilitatem aſcenditur; volumus velociter peruenire: actibus noſtris aſcendentibus ſcala erigenda eſt, quæ in ſomno Iacob apparuit, per quam,

Gen. 28. & deſcendentes, & aſcendentes Angeli monſtrabantur. Non aliud ſine dubio deſcenſus ille, & aſcenſus à nobis intelligitur, niſi exaltatione deſcendere, & humilitate aſcendere. Scala verò ipſa erecta, noſtra eſt vita in Sæculo, quæ humiliato corde à Domino erigitur ad Cœlum. Latera enim huius ſcalæ, dicimus noſtrum eſſe corpus, & animam. In quibus lateribus diuerſos gradus humilitatis, vel diſciplinæ, Vocatio Diuina aſcendendos inſeruit.

Gradus Primus.

PRimus itaque humilitatis gradus eſt, ſi timorem Dei ſibi ante oculos ſemper ponens, obliuionem omninò fugiat, & ſemper ſit memor omnium, quæ præcepit Deus, qualiter contemnentes Deum in Gehennam pro peccatis incidunt, & vitam æternam, quæ timentibus Deum præparata eſt, animo ſuo ſemper reuoluat. Et cuſtodiens ſe omni hora à peccatis, & vitijs, ideſt cogitationum linguæ, oculorum, ma-

nuum,

nuum, pedum, vel voluntatis propriæ, ſed & deſideria carnis amputare feſtinet. Æſtimet ſe homo de Cœlis à Deo ſemper reſpici omni hora, & facta ſua in omni loco ab aſpectu Diuinitatis videri, & ab Angelis omni hora Deo nunciari. Demonſtrat nobis hoc Propheta, cum in cogitationibus noſtris ita Deum ſemper præſentem oſtendit, dicens: Scrutans corda, & renes Deus: Et item: Dominus nouit cogitationes hominum. Et item dicit: Intellexiſti cogitationes meas de longe: Et quia cogitatio hominis confitebitur tibi. Nam vt ſolicitus ſit circa cogitationes peruerſas dicat ſemper humilis frater in corde ſuo, Tunc ero immaculatus coràm eo, ſi obſeruauero me ab iniquitate mea. Voluntatem verò propriam ita facere prohibemur; cum dicit nobis Scriptura: Et à voluntatibus tuis auertere: Et item: Rogamus Deum in oratione, vt fiat illius voluntas in nobis.

Pſal. 7. *Pſal. 93.* *Pſal. 138.* *Pſalm. 57* *Pſalm. 17* *Eccl. 28.* *Matth. 6*

Docémur ergò meritò noſtram non facere voluntatem, cum cauemus illud, quod dicit Scriptura: Sunt vitæ, quæ putantur ab hominibus rectæ, quarum finis vſque ad profundum Inferni demergit. Et cum item cauemus illud, quod de negligentibus dictum eſt: Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis. In deſiderijs verò Carnis ita Deum nobis credamus eſſe præſentem ſemper, cum dicit Propheta Domino: Domine, ante te eſt omne deſiderium meum. Cauendum eſt ergo ideo malum deſiderium, quia mors ſecus introitum delectationis poſita eſt. Vnde Scriptura præcipit dicens: Poſt concupiſcentias tuas non eas. Ergo ſi oculi Domini ſpeculantur bonos,

Prou. 16. *Pſalm. 52.* *Pſalm. 30* *Eccleſ. 8.*

Digitized by Google

nos, & malos, & Dominus de Cœlo ſemper reſpicit ſuper filios hominum, vt videat, ſi eſt intelligens, aut
Iſa. 33. requirens Deum. Et ab Angelis nobis deputatis quotidie die, noctuq; Domino factori noſtro, & Creatori omnium Deo opera noſtra nunciantur. Cauendum eſt ergo omni hora, Fratres, ſicut in Pſalmo dicit Pro-
Pſal. 52. pheta. Ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aſpiciat Deus, & parcendo nobis in
Pſal. 49. hoc tempore (quia pius eſt, & expectat nos conuerti in melius) ne dicat nobis in futuro: Hæc feciſti, & tacui.

Gradus Secundus.

Secundus humilitatis gradus eſt, ſi propriam quis non amans voluntatem, deſideria ſua non delectetur implere, ſed vocem illam Domini factis imitetur dicentis: Non veni facere voluntatem meam, ſed
Iohn. 6. eius, qui miſit me: Item dicit Scriptura: Voluntas habet pœnam, & neceſſitas parit coronam.

Gradus Tertius.

Tertius humilitatis gradus eſt, vt quis pro Dei
Phil. 2. amore omni obedientia ſe ſubdat maiori, imitans Dominum, de quo dicit Apoſtolus: Factus obediens vſque ad mortem.

Gradus Quartus.

Qvartus humilitatis gradus eſt, ſi in ipſa obedientia

tia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis iniurijs, tacita conſcientia patientiam amplectatur, & ſuſtinens non laſſeſcat, vel diſcedat, dicente Scriptura: Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Item: Confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Et oſtendens, fidelem pro Domino vniuerſa etiam contraria ſuſtinere debere, dicit ex perſona ſufferentium: Propter te morte afficimur, tota die æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. Et ſecuri de ſpe retributionis Diuinæ, ſubſequuntur gaudentes, & dicentes: Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Et item alio loco Scriptura: Probaſti nos (inquit) Deus, igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum, induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Et vt oſtendat ſub Priore debere nos eſſe, ſubſequitur dicens: Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Sed & præceptum Domini in aduerſis, & iniurijs per patientiam adimplentes, percuſſi in maxillam, præbent, & alteram, auferenti tunicam dimittunt, & pallium, angariati milliario, vadunt & duo: Cum Paulo Apoſtolo falſos Fratres ſuſtinent, & perſecutionem: & maledicentes ſe benedicunt.

Matth. 10 · *Pſal. 27.* · *Pſal. 43.* · *Rom. 8.* · *Pſal. 65.* · *Matth. 5.* · *Luc. 6.* · *Cor. 2. 11.*

Gradus Quintus.

QVintus humilitatis gradus eſt, ſi omnes cogitationes malas cordi ſuo aduenientes, vel mala à ſe abſconsè commiſſa, per humilem confeſſionem Abbati non celauerit ſuo. Hortans nos de hac re Scriptura dicens: Reuela Domino viam tuam, & *Pſal. 30.*

ſpera

ſpera in eo. Et item dicit : Confitemini Domino,
Pſal. 105. quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et item Propheta: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitias meas non operui. Dixi pronunciabo aduerſum
Pſalm. 31 me iniuſtitias meas Domino, & tu remiſiſti impietatem cordis mei.

Gradus Sextus.

SExtus humilitatis gradus eſt, ſi omni vtilitate, vel extremitate contentus ſit Monachus, & ad omnia, quæ ſibi iniunguntur, velut operarium malum,
Pſalm. 72 & indignum ſe iudicet dicens cum Propheta: Ad nihilum redactus ſum, & neſciui: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Gradus Septimus.

SEptimus humilitatis gradus eſt, ſi omnibus ſe inferiorem, & viliorem, non ſolum ſua lingua pronunciet, ſed etiam intimo cordis credat affectu,
Pſalm. 21 humilians ſe, & dicens cum Propheta: Ego autem
Pſalm. 87 ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis: Exaltatus ſum, & humiliatus & con-
Pſal. 118 fuſus. Et item: Bonum mihi, quod humiliaſti me, vt diſcam mandata tua.

Gradus Octauus.

OCtauus humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat Monachus,

nachus, niſi quod communis Monaſterij Regula, vel maiorum cohortantur exempla.

Gradus Nonus.

NOnus humilitatis gradus eſt, ſi linguam ad loquendum prohibeat Monachus, & taciturnitatem habens, vſque ad interrogationem non loquatur, monſtrante Scriptura: Quia in multiloquio non effugietur peccatum: & quia vir linguoſus non dirigetur ſuper terram: *Prou. 10.* *Pſal. 137.*

Gradus Decimus.

DEcimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſit facilis, ac promptus in riſu; Quia ſcriptum eſt; Stultus in riſu exaltat vocem ſuam. *Eccleſ. 21.*

Gradus Vndecimus.

VNdecimus humilitatis gradus eſt, ſi cum loquitur Monachus leniter, & ſine riſu, humiliter, & cum grauitate, vel pauca verba, & rationabilia loquatur, & non ſit clamoſus in voce, ſicut ſcriptum eſt: Sapiens verbis innoteſcit paucis. *Eccleſ. 20.*

Gradus Duodecimus.

DVodecimus humilitatis gradus eſt, ſi non ſolum corde Monachus, ſed etiam ipſo corpore humilitatem

militatem videntibus ſe ſemper indicet; ideſt in opere, in Monaſterio, in Oratorio, in Horto, in Via, in agro, vel vbicumque ſedens, ambulans, vel ſtans inclinato ſit ſemper capite, defixis in terram aſpectibus, reum ſe omni hora de peccatis ſuis exiſtimans, iam ſe tremendo Dei iudicio præſentari exiſtimet, dicens ſibi in corde ſemper illud, quod Publicanus ille Euangelicus fixis in terram oculis dixit: Domine non ſum dignus Ego peccator leuare oculos meos ad Cœlum; Et item cum Propheta: Incuruatus ſum, & humilitatus ſum vſquequaque. Ergo his omnibus humilitatis gradibus aſcenſis, Monachus mox ad charitatem Dei perueniet illam, quæ perfecta foras mittit timorem, per quam vniuerſa, quæ prius non ſine formidine obſeruabat, abſque vllo labore, velut naturaliter ex conſuetudine incipit cuſtodire, non iam timore Gehennæ, ſed amore Chriſti, & conſuetudine ipſa bona, & delectatione virtutum. Quod Dominus iam in operario ſuo mundo à vitijs, & peccatis Spiritu Sancto dignabitur demonſtrare.

Luc. 12. *Pſal. 118.* *Io. 1. 4.*

DECLARATIO.

1 MAgiſtri Nouitiorum diligentiſſimè curent vt totum iſtud Caput de humilitate, ſicut, & Cap. 4. de Inſtrumentis bonorum operum à ſuis Nouitijs memoriter teneatur. Qui quidem Nouitij non erunt admittendi ad profeſſionem, niſi eorum profectus in hac Schola humilitatis appareat.

De

De Diuinis Officijs in noctibus.

CAP. VIII.

HYemis tempore, ideſt à Kalendis Nouembris, vſque ad Paſcha, iuxta conſiderationem rationis, octaua hora noctis ſurgendum eſt, vt modice amplius de media nocte pauſetur, & iam digeſti ſurgant. Quod verò reſtat poſt Vigilias, à Fratribus, qui Pſalterij, vel lectionum aliquid indigent, meditationi inſeruiatur. A Paſcha autem vſque ad ſupradictas Kalendas Nouembris, ſic temperetur hora Vigiliarum agenda, vt paruiſſimo interuallo, quo fratres ad neceſſaria naturæ exeant, cuſtodito: mox Matutini, qui incipiente luce agendi ſunt, ſubſequantur.

DECLARATIO.

Ibi: Octaua hora ſurgendum eſt.

1 QVia diſcretio inter potiſſimas virtutes maximè commendatur, propterea arbitramur ſatis prouideri varijs naturarum complexionibus, ſi octo horæ à fine comeſtionis ſecundæ menſæ, vſque ad horam matutinam concedantur: At quoniam omnes ferè Eccleſiæ Monaſteriorum noſtrorum, & præſertim, quæ in Ciuitatibus ſitæ ſunt, à fidelibus Populis frequentantur, quibus ſatisfacere quoquo modo tenemur in Diuinorum Officiorum, & Miſſarum celebratione; atque ob id ſæpè non poſſit dormi-

tionis ſignum pulſari hora prima noctis, nec proinde commodè ſurgere Monachi hora octaua iuxta Regulam valeant, vt minus quám poſſumus ab ea recedamus, declarando ordinamus, vt à fine menſæ ſecundæ, ſiue Cœna, ſiue Refectiuncula ſit, ad minus prædictarum octo horarum ſpatium concedatur vſque ad Matutinam Sinaxim; itaut cum cœnatur, tranſacto vnius horæ ſpatio, pulſetur pro cubitu, reſiduumque dictarum horarum ſpatium ſit pro dormitione.

2 Cum verò ieiunatur, vt à refectiuncula ſurgentes habeant itidem prædictarum horarum octo ſpatium, vſque ad Matutinam Sinaxim, ſiue immediatè, ſiue aliquo interpoſito temporis ſpatio, pro dormitione pulſetur: Sic enim dicemur octaua hora ſurgere iuxtà Regulam.

3 Reliquarum verò horarum diſpoſitio, in arbitrio Prælatorum ſit, habita tamen ratione locorum, Perſonarum, & temporum. Sintque ſoliciti Prælati, Priores, & Decani, quod (dato dormitionis ſigno,) omnes infrà dimidiæ horæ ſpatium ad Cellas ſe recipiant, ac dormitum eant; alioquin legitimo ceſſante impedimento, ſemel, & iterum corripiantur, deinde etiam pœna addita, ſeueriori correctioni ſubdantur, qui contrafecerint.

Ibi: A Paſcha autem.

4 PRæterquam ſi prædictus dies feſtus occurreret menſe Aprili: quo tempore, diſpenſando declaramus, meridianæ tempus dormitionis incipere à die Feſto Sancti Patris BENEDICTI; & tunc ſic tempe-

retur

retur hora dormitionis in nocte, vt computata diurna, octo ſemper horæ pro ſomno deputentur.

5 Notandum eſt tamen, quòd à principio Quadrageſimæ, vſque ad Kalendas Nouembris, pulſandum eſt pro dormitione media hora noctis (ſi commodè fieri poteſt) quod diſcretioni committimus Prælatorum ob varia accidentia, quæ ſuboriri poſſunt.

6 In Vigilia autem Sanctæ Crucis de menſe Septembris excluſiuè, ceſſamus à dormitione meridiana.

7 Diſpenſamus præterea, quod à Feſto Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ vſque ad Kalendas Octobris, Nocturni, & Laudes Beatæ Virginis conuentualiter non dicantur in Choro; ſed à Magiſtro Nouitiorum, vel ab Hebdomadarijs perſoluantur.

Quot Pſalmi dicendi ſunt in Nocturnis horis.

CAP. IX.

Hyemis tempore pręmiſſo in primis Verſu Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. In ſecundo, ter dicendum eſt, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam; cui ſubiungendus eſt tertius Pſalmus, & Gloria. Poſt hunc, Pſalmus nonageſimus quartus cum Antiphona, aut certe decantandus. Inde ſequatur Ambroſianum: Deinde ſex Pſalmi cum Antiphonis. Quibus dictis, dicto verſu,

Digitized by Google

benedicat Abbas: Et ſedentibus omnibus in ſcamnis legantur viciſſim à fratribus in Codice ſuper Analogium tres Lectiones, inter quas tria Reſponſoria canantur. Duo Reſponſoria ſine Gloria dicãtur. Poſt tertiam verò Lectionem qui cantat dicat Gloria; quàm dum incipit cantor dicere, mox omnes de ſedilibus ſurgant ob honorem, & reuerentiam Sanctiſſimæ Trinitatis. Codices autem legantur in Vigilijs, tàm veteris teſtamenti, quàm noui Diuinæ auctoritatis. Sed & expoſitiones earum, quæ à nominatiſſimis, & Orthodoxis, Catholiciſque Patribus factæ ſunt. Poſt has verò tres Lectiones cum Reſponſorijs ſuis, ſequantur reliqui ſex Pſalmi cum Alleluia cantandi. Poſt hos Lectio Apoſtoli ſequatur, ex corde recitanda: & verſus, & ſupplicatio Litaniæ, ideſt Kyrie eleiſon. Et ſic finiantur Vigiliæ Nocturnæ.

Qualiter æſtatis tempore agatur Nocturna Laus.

CAP. X.

A Paſcha autem vſque ad Kalendas Nouembris, omnis (vt ſupradictum eſt) Pſalmodię quantitas teneatur: excepto quod Lectiones in Codice, propter breuitatem noctium, minime legantur, ſed pro ipſis tribus Lectionibus, vna de veteri teſtamento memoriter dicatur: quam breue Reſponſo-

rium

tium ſubſequatur; & reliqua omnia (vt ſupradictum eſt) impleantur, ideſt vt nunquam minus à duodecim Pſalmorum quantitate, ad Vigilias Nocturnas dicatur: Exceptis tertio, & nonageſimo quarto Pſalmo.

Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur.

CAP. XI.

DOminico die temperius ſurgatur ad Vigilias. In quibus Vigilijs teneatur menſura, ideſt modulatis (vt ſupra diſpoſuimus) ſex Pſalmis, & Verſu reſidentibus cunctis diſpoſitè, & per ordinem in ſubſellijs, legantur in Codice (vt ſupra diximus) quatuor Lectiones cum Reſponſorijs ſuis, vbi tantum in Reſponſorio quarto dicatur à cantante Gloria. quam dum incipit, mox omnes cum reuerentia ſurgant. Poſt quas Lectiones, ſequantur ex ordine alij ſex Pſalmi cum Antiphonis, ſicut anteriores: & verſus. Poſt quos iterum legantur aliæ quatuor Lectiones cum Reſponſorijs ſuis ordine quo ſupra. Poſt quas iterum dicantur tria cantica de Prophetis, quæ inſtituerit Abbas: quæ cantica cum Alleluia pſallantur. Dicto etiam Verſu, & benedicente Abbate, legantur aliæ quatuor Lectiones de nouo Teſtamento ordine quo ſupra. Poſt quartum verò Reſponſorium, incipiat Abbas Hymnum: Te Deum laudamus. Quo dicto legat Abbas Lectionem de Euangelio cum ho-

nore, & tremore, ſtantibus omnibus. Qua perlecta reſpondeant omnes Amen. Et ſubſequatur mox Abbas Hymnum: Te decet laus: Et data benedictione incipiant Matutinos. Qui ordo Vigiliarum, omni tempore tàm æſtatis, quàm hyemis, æqualiter in die Dominico teneatur: niſi forte (quod abſit) tardius ſurgatur, quia tunc aliquid de Lectionibus breuiandum eſt, aut Reſponſorijs. Quod tamen omnino caueatur, ne proueniat. Quod ſi contigerit, digne inde ſatisfaciat Deo in Oratorio, per cuius euenerit neglectum.

Qualiter Matutinorum ſolemnitas agantur.

CAP. XII.

IN Matutinis Dominico die, in primis dicatur Sexageſimus ſextus Pſalmus ſine Antiphona in directum: Poſt quem dicatur quinquageſimus Pſalmus cum Alleluia. Poſt quem dicatur centeſimus decimus ſeptimus, & ſexageſimus ſecundus; deinde benedictiones, & Laudes, Lectio de Apocalypſi vna ex corde, & Reſponſorium, & Ambroſianum, & Verſus, & Canticum de Euangelio, Litaniæ, & completum eſt.

Priuatis

Priuatis diebus qualiter Matutini agantur.

CAP. XIII.

Diebus autem priuatis Matutinorum ſolemnitas ita agatur, ideſt ſexageſimus ſextus Pſalmus, dicatur ſine Antiphona in directum, ſubtrahendo modice ſicut in Domenica: vt omnes occurrant ad Quinquageſimum, qui cum Antiphona dicatur. Poſt quem alij duo Pſalmi dicantur ſecundum conſuetudinem, ideſt, ſecunda feria quintus, & trigeſimus quintus. Tertia feria, quadrageſimus ſecundus, & quinquageſimus ſextus. Quarta feria, ſexageſimus tertius, & ſexageſimus quartus. Quinta feria, octogeſimus ſeptimus, & octogeſimus nonus. Sexta feria, ſeptuageſimus quintus, & nonageſimus primus. Sabbato autem centeſimus quadrageſimus ſecundus: & canticum Deuteronomij, quod diuidatur in duas Glorias. Nam cœteris diebus canticum vnumqnodq; die ſuo ex Prophetis, ſicut pſallit Eccleſia Romana, dicatur. Poſt hæc, ſequantur Laudes: deinde Lectio vna Apoſtoli memoriter recitanda; Reſponſorium, Ambroſianum, Verſus, Canticum de Euangelio, Litaniæ, & completum eſt. Planè agenda Matutina, vel Veſpertina non tranſeant aliquandò, niſi in vltimo per ordinem oratio Dominica, omnibus audientibus, dicatur à Priore; propter ſcandalorum ſpinas,

quæ oriri ſolent; vt conuenti per ipſius orationis ſponſionem, qua dicunt: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimittimus debitoribus noſtris: purgent ſe ab huiuſmodi vitio. Cœteris verò agendis, vltima pars eius orationis dicatur, vt ab omnibus reſpondeatur: Sed libera nos à malo.

DECLARATIO.

Ibi: Litaniæ, & completum eſt.

1 Litanias intelligimus: Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon, Pater noſter; Itaut pronunciato verſu: Et ne nos &c. & Dominus Vobiſcum, immediatè ſequatur oratio; præterquam ad Primam, & ad Completorium, & excepto triduo ante Paſcha, quo tempore recitamus horas canonicas ab Eccleſia Romana præſcriptas, prout in Breuiario noſtro. In reliquis verò inuiolatè ab omnibus ſeruentur Rubricæ Breuiarij, & Miſſalis noſtri Monaſtici Pauli V. auctoritate recognitorum, tàm in recitatione Diuini Officij, quàm in celebrationibus Miſſarum, nihil penitus addendo, vel innouando.

✠

In

In Natalitijs Sanctorum qualiter Vigiliæ agantur.

CAP. XIV.

IN Sanctorum verò feſtiuitatibus, vel omnibus ſolemnitatibus, ſicut diximus Dominico die agendum, ità agatur, excepto quod Pſalmi, aut Antiphonæ, vel Lectiones ad ipſum diem pertinentes dicantur. Modus autem ſupradictus teneatur.

DECLARATIO.

Ibi: In Sanctorum verò Feſtiuitatibus.

5 SEruetur Decretum S. Congregationis Rituum
editum die 28. Octobris 1628.
Feſtus verò dies S. P.N. Benedicti in Monaſte-
2 rijs, & locis noſtris ſolemnis habeatur, ità vt omnes,
tàm Commiſſi, quàm Famuli, ac Laborantes ab ope-
ribus penitus ſe abſtineant, perinde ac ſi ab Eccleſia
de præcepto conſtitutus eſſet. Officium autem eiuſ-
dem S. P. N. Benedicti poſtremò impreſſum, & à
Sacra Rituum Congregatione recognitum, recitetur
ab omnibus, tàm in Choro, quàm extra, qualibet Ter-
tia Feria non impedita Feſto duodecim Lectionum,
Vigilijs, Quadrageſima, Aduentu, & niſi occurrat dies
infra Octauam; nec non eius Miſſa votiua in noſtro
Miſſali impreſſa, decantetur. Alle-

Digitized by Google

Alleluia quibus temporibus dicatur.

CAP. XV.

A Sancto Paſcha vſque ad Pentecoſten, ſine intermiſſione dicatur Alleluia tàm in Pſalmis, quàm in Reſponſorijs. A Pentecoſte vſque ad Caput Quadrageſimæ, omnibus noctibus cum ſex poſterioribus Pſalmis, tantum ad Nocturnos dicatur. Omni verò Dominica extra Quadrageſimam, Cantica, Matutini, Prima, Tertia, Sexta, Nonaque cum Alleluia dicantur. Veſpera verò cum Antiphonis. Reſponſoria verò nunquam dicantur cum Alleluia, niſi à Paſcha, vſque ad Pentecoſten.

DECLARATIO.

Ibi: Vſque ad Caput Quadrageſimæ.

1 Seruentur Rubricæ noſtri Breuiarij, vt dicitur ſupra in Cap. 13. num. 1.

Qualiter Diuina opera per diem agantur.

CAP. XVI.

Pſal. 17. VT ait Propheta: Septies in die Laudem dixi tibi. Qui Septenarius Sacratus numerus à nobis ſic implebitur; Si Matutini, Primæ,

Tertiæ,

Digitized by Google

Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Veſperi, Completorijque tempore, noſtræ ſeruitutis Officia perſoluamus. Quia de his horis dixit Propheta: Septies in die Laudem dixi tibi. Ergo his temporibus referamus Laudes Creatori Noſtro ſuper iudicia iuſtitiæ ſuæ, ideſt Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, Completorio: & nocte ſurgamus ad confitendum ei.

Quot Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſunt.

CAP. XVII.

IAM de Nocturnis, vel Matutinis digeſſimus Ordinem Pſalmodiæ; nunc de ſequentibus horis videamus. Prima hora dicantur pſalmi tres ſigillatim, & non ſub vna Gloria. Hymnus eiuſdem horæ poſt Verſum, Deus in adiutorium meum intende, antequam Pſalmi incipiantur. Poſt expletionem verò trium Pſalmorum, recitetur Lectio vna, Verſus, & Kyrie eleiſon; & Miſſæ ſint. Tertia verò, Sexta, & Nona eodem ordine celebretur: Oratio, Verſus, Hymni earumdem horarum, terni Pſalmi, Lectio, & Verſus, Kyrie eleiſon: & Miſſæ ſint. Si maior Congregatio fuerit, cum Antiphonis dicantur; Si verò minor, in directo pſallantur. Veſpertina autem Synaxis quatuor Pſalmis cum Antiphonis terminetur; poſt quos Pſalmos Lectio recitanda eſt, indé Reſponſorium, Ambroſianum; Verſus, Canticum de

Euan-

Digitized by Google

Euangelio, Litaniæ, & Oratio Dominica; & fiant Miſſæ. Completorium autem, trium Pſalmorum dictione terminetur; Qui Pſalmi directancè, & ſine Antiphona dicendi ſunt. Poſt quos Hymnus eiuſdem horæ, Lectio vna, Verſus, & Kyrie eleiſon, & benedictio; & Miſſæ fiant.

DECLARATIO.

Ibi: Prima hora dicitur Kyrie eleiſon.

1 SEcundum antiquam noſtram conſuetudinem, dicta Prima, immediatè proceſſionaliter exeuntes de Eccleſia, commemorationem facimus pro Fratribus Defunctis, Familiaribus, & Benefactoribus noſtris cum Pſalmo De profundis, & Oratione Deus Veniæ Largitor. Et pergimus ad Capitulum, vbi pronunciantur ex Martyrologio Feſta Sanctorum occurrentia, & dicitur: Pretioſa, more Romanæ Eccleſiæ. Vltimò legitur Capitulum Nonæ, vbi non habetur proprium; & poſt Lectionem dicti Capituli diebus Ferialibus, & Feſtis trium Lectionum, legitur Textus Regulæ, & datur benedictio, & audiuntur culpæ, præterquam in Dominicis Diebus, vel Feſtis de præcepto Eccleſiæ, aut de conſuetudine Locorum.

Ibi: Et Benedictio.

2 ISta Benedictio datur à Superiore, ſicut etiam in Completorio, quæ ſufficiat pro præſentibus Fratribus, & abſentibus; ità vt opus non ſit etiam abſentibus

tibus pro dormitione aliam Benedictionem quærere. Laudamus tamen, ſi Fratres, caſu Superiori obuiantes, benedictionem acceperint.

3 Et Nouitij, ac Iuniores Profeſſi ſuos Magiſtros ad Cellam pro ipſa benedictione adeant, quos hortamur, vt Diſcipulos, quam citiùs poſſunt, dimittant.

4 Fit etiam poſt Completorium à Superiore aquæ benedictæ aſperſio, dicendo: Aſperges me &c. quo repetito, abſque alia oratione dicitur Pſalmus: De profundis cum Oratione, Deus qui inter Apoſtolicos, pro Papa Eugenio Quarto, & Deus Veniæ Largitor; pro Fratribus, ac benefactoribus &c.

Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſint.

CAP. XVIII.

IN primis ſemper diurnis horis dicatur Verſus: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina: Et Gloria. Inde Hymnus vnius cuiuſque horæ. Deinde prima hora, Dominica, dicenda ſunt quatuor Capitula Pſalmi centeſimiooctaui decimi. Reliquis verò horis, ideſt Tertia, Sexta, & Nona, terna Capitula ſupradicti Pſalmi centeſimi octaui decimi dicantur. Ad primam autem ſecundæ Feriæ dicantur tres Pſalmi, id eſt Primus, Secundus, & Sextus. Et ita per ſingulos dies ad Primam, vſque ad Dominicam dicantur per ordinem terni Pſalmi, vſque ad Nonum decimum Pſalmum, ita ſanè, vt nonus Pſalmus, & ſeptimus

decimus.

decimus partiatur in binas glorias; Et ſic fiat, vt ad Vigilias Dominica ſemper à Vigeſimo incipiatur. Ad Tertiam verò, Sextam, & Nonam ſecundæ Feriæ nouem Capitula, quæ reſidua ſunt de centeſimo decimo octauo Pſalmo, ipſa terna Capitula per eaſdem horas dicantur. Expenſo ergo Pſalmo centeſimo octauodecimo duobus diebus, ideſt Dominico, & ſecunda Feria, Tertia Feria iam ad Tertiam, Sextam, vel Nonam pſallantur terni Pſalmi à centeſimo nonodecimo, vſque ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, ideſt Pſalmi nouem. Quinque Pſalmi ſemper, vſque ad Dominicam per eaſdem horas itidem repetantur: Hymnorum nihilominus, Lectionum, vel verſuum diſpoſitione vniformi cunctis diebus ſeruata; & ita, ſcilicet, vt ſemper Dominica à centeſimo octauo decimo incipiatur.

Veſpera autem quotidie quatuor Pſalmorum modulatione canatur. Qui Pſalmi incipiantur à centeſimo nono vſque ad centeſimum quadrageſimum ſeptimum; exceptis ijs, qui in diuerſis horis ex eis ſequeſtrantur, ideſt à centeſimo decimo ſeptimo, vſque ad centeſimum vigeſimum ſeptimum, & centeſimo trigeſimo tertio, & centeſimo quadrageſimo ſecundo. Reliqui omnes in Veſpera dicendi ſunt. Et quia minus veniunt tres Pſalmi, ideo diuidendi ſunt, qui in numero ſupradicto fortiores inueniuntur: ideſt centeſimus trigeſimus octauus, & centeſimus quadrageſimus tertius, & centeſimus quadrageſimus quartus. Centeſimus verò ſextuſdecimus, quia paruus eſt, cum centeſimo quintodecimo coniungatur.

Digeſto

Digeſto ergò ordine Pſalmorum Veſpertinorum, reliqua, ideſt Lectiones, Reſponſoria, Hymni, Verſus, vel Cantica, ſicut ſupra taxauimus, impleantur. Ad Completorium verò quotidie iidem pſalmi repetantur, ideſt quartus nonageſimus, & centeſimus trigeſimus tertius.

Diſpoſito ordine Pſalmodiæ diurnæ, reliqui omnes Pſalmi, qui ſuperſunt, æqualiter diuidantur in ſeptem noctium Vigilias, partiendo ſcilicet, qui inter eos prolixiores ſunt Pſalmi: & duodecim per vnamquamque conſtituantur noctem. Hoc præcipue commonentes, vt ſi cui forte hęc diſtributio Pſalmorum diſplicuerit: ordinet, ſi melius aliter iudicauerit, dum omnimodis id attendatur, vt omni hebdomada Pſalterium ex integro numero centum quinquaginta Pſalmorum pſallatur. Et Dominico die ſemper à capite repetatur ad Vigilias; quia nimis iners deuotionis ſuę ſeruitium oſtendunt Monachi, qui minus Pſalterio, cum Canticis conſuetudinarijs, per Septimanæ circulum pſallunt; cum legamus Sanctos Patres noſtros vno die hoc ſtrenue impleuiſſe, quod nos tepidi vtinam Septimana integra perſoluamus.

DECLARATIO.

Ibi: Quod nos tepidi.

1 PAter Noſter Sanctus BENEDICTVS nullum ex Monachis excipit à Diuini Officij recitatione; Ideoque ordinamus, quod quilibet Monachus Profeſſus Officium Diuinum recitet, & ſi non ſit ſacris

initiatus,

initiatus, ſecundum antiquiſſimam conſuetudinem noſtram.

De Diſciplina pſallendi.

CAP. XIX.

VBique credimus Diuinam eſſe præſentiam; & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos, & malos: Maxime tamen hoc ſine aliqua dubitatione credimus, cum ad opus Diuinum aſſiſtimus. Ideò ſemper memores ſimus, quod ait
Pſalm.2 Propheta: Seruite Domino in timore. Et iterum: Pſallite ſapienter. Et in conſpectu Angelorum pſal-
Pſalm.46 lam tibi. Ergò conſideremus, qualiter oporteat nos in conſpectu Diuinitatis, & Angelorum eſſe; & ſic ſtemus ad pſallendum, vt mens noſtra concordet voci noſtræ.

DECLARATIO.

Ibi: Vbique Diuinam credimus eſſe præſentiam.

1 STatuimus, quod ſecundum morem noſtræ Congregationis, alta, ſonora, & pari voce pſallatur: verba non protrahantur: pariter inchoetur verſus, &, interpoſita competenti pauſa, pariter terminetur.

2 Volumus etiam, quod Officium Beatæ Virginis eadem prorſus cura, qua diuinum perſoluitur, recitetur

Digitized by Google

tur diebus, iuxta Rubricas Breuiarij, præſcriptis; & in Monaſterijs, in quibus ſunt, vltra Prælatum, vel Superiorem, quatuor Monachi, omnino dicatur Diuinum Officium conuentualiter in Choro, & Miſſa quotidie celebretur; & ſaltem diebus Feſtiuis, nulla admiſſa excuſatione, decantetur. Quam ordinationem ad illos quoque intelligimus extendi, qui in Monaſteriorum membris habitant, in quibus præfatus Monachorum numerus reperitur. Cantus autem, in quo toni Monaſtici ſeruantur, ita ſtudioſè, àc deuotè ducatur, vt pia modulatione, tàm noſtra, quàm Fidelium adſtantium corda excitata, ad cœleſtium contemplationem ferri aſsueſcant.

3 In Officijs Hebdomadæ Sanctæ nullo pacto varietur, aut mutetur cantus, tàm in Lamentationibus, Cantico Benedictus, & Paſſione Domini, quàm in alijs omnibus: ſed ſecundùm ritum, & morem antiquum Congregationis fiat; vt ſimplicitas, & vniformitas ſeruetur in omnibus.

5 Ad quod faciliùs, & commodiùs ſeruandum, volumùs, vt omnia Monaſteria habeant libellos impreſsos, qui contineant omnes cantus Hebdomadæ Sanctæ, & Laudes, quæ in receptione Nouitiorum in Capitulo cantari ſolent, & alia huiuſmodi.

D De

De Reuerentia Orationis.

CAP. XX.

SI cum hominibus potentibus volumus aliqua ſuggerere, non præſumimus, niſi cum humilitate, & reuerentia: quantò magis Domino Deo Vniuerſorum cum omni humilitate, & puritatis deuotione ſupplicandum eſt? Et non in multiloquio, ſed in puritate cordis, & compunctione lacymarum nos exaudiri ſciamus. Et ideo breuis debet eſſe, & pura oratio, niſi forte ex affectu inſpirationis Diuinæ gratiæ protendatur. In Conuentu tamen omninò breuietur oratio, & facto ſigno à Priore omnes paritèr ſurgant.

DECLARATIO.

Ibi: Cum humilitate, & reuerentia.

1 DEclaramus modo infraſcripto reuerentiam debere ſeruari in Diuinis Officijs. Cum Monachi Chorum ingrediuntur, ſiue inde egrediuntur, in medio ante Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, ſemper vnicum genu vſque ad terram flectant capite nudato, & inclinato; poſtea venientes ad ſedilia ſua capite aliquantulum inclinato, reuerentiam faciant verſus ſedem Prælati.

2 In cœteris autem locis ſufficit mediocris inclinatio; vt cum Refectorium, ſeu Capitulum, ſeu alium huiuſmodi

iuſmodi locum ingrediuntur.

3 Quoad genuflexiones verò, & erectiones in Diuinis Officijs, & Miſsa, ſeruentur omninò Rubricæ Breuiarij, & Miſsalis noſtri, vtſupra.

4 In principio Officij ſtantes profundè, & reuerenter inclinent caput, dum dicitur Pater noſter, quemadmodum etiam, cum intra Officium dicitur Pater noſter, & quando prima Oratio in qualibet hora, & Miſſa recitatur.

5 Cum autem cantatur Miſsa pro Defunctis, omni tempore ad Orationes genuflectant.

6 Quando verò inchoatur Officium vſque ad Gloria Patri, & quando dicuntur Capitula, ſtent verſus Altare capite nudato. Cum verò dicitur Gloria Patri, aut in fine Hymnorum, quando fit mentio de Sanctiſſima Trinitate, vnus Chorus contra alterum caput, & humeros inclinet; qui verò in Superiorum ſunt ſubſellijs verſus Altare inclinentur.

7 Sacerdos, & Cantores in Choro Sacris induti ſe inclinent verſus Altare ad Gloria Patri, Pater noſter, & cætera.

8 Quotieſcumque dicitur, Confiteor Deo, ad Miſſam videlicet, Primam, & Completorium, ſicut & in Oratione, A cunctis, fiat mentio de Sancto Patre noſtro BENEDICTO.

9 Dum verò cantatur Epiſtola, vel Prophetia, Verſus, aut Tractus poſt Epiſtolam, vel Prophetiam, ſedeant Monachi.

10 Ad Euangelium, omnes recti verſus Altare ſtent omni tempore aperto capite.

11 In prædictis tamen, præterquam in reuerentia, quę fit ante Altare, & dum canitur, ſiue dicitur Euangelium, ac eleuatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, vſque ad Communionem, diſpenſamus cum Monachis, propter multorum infirmitates, quod à Kalendis Octobris, vſque ad finem menſis Aprilis, ſtent capite ſeminudato.

12 In quolibet Monaſterio noſtro ſit tabula, in qua deſcriptum ſit quibus horis, & diebus Feſtiuis Cucullæ deferri debeant; qui modus ab omnibus inuiolatè ſeruetur; firma quò ad reliquos ritus Eccleſiaſticos, in omnibus ceremonialis Romani diſpoſitione ſemper manente.

De Decanis Monaſterij.

CAP. XXI.

SI maior fuerit Congregatio, eligantur de ipſis Fratres boni teſtimonij, & Sanctæ conuerſationis, & conſtituantur Decani; qui ſolicitudinem gerant ſuper Decanias ſuas in omnibus ſecundum mandata Dei, & præcepta Abbatis ſui. Qui Decani tales eligantur, in quibus ſecurus Abbas partiatur onera ſua, & non eligantur per ordinem, ſed ſecundum vitæ meritum, & Sapientiæ doctrinam. Quod ſi quis ex eis aliqua fortè inflatus ſuperbia repertus fuerit reprehenſibilis: correptus ſemel, & iterum, & tertiò, ſi emendare noluerit, deijciatur, & alter in loco eius, qui dignus eſt ſubrogetur. Et de Præpoſito eadem conſtituimus.

DE-

Digitized by Google

DECLARATIO.

Ibi: Solicitudinem gerant.

1 DEclaramus, ſicut ad Officium Prioris Clauſtralis, ita ad Decanorum pertinere, eſſe ſolicitos, vt Regularis obſeruantia vigeat in Monaſterio: Ipſiſque incumbere onus audiendi Sacerdotum, Clericorum, & Commiſſorum confeſſiones; non niſi tamen de Superioris Monaſterij explicita licentia, & deputatione. Officinas Monaſterij horis competentibus viſitent, ipſorum etiam Fratrum corrigant exceſſus, niſi notabiles inueniant Prælato referendos; eis quoque particulares licentias, iuxtà facultatem à Prælato traditam, concedant.

2 Diligentem inſuper curam habeant, quod Cæremoniæ Congregationis, & ordinata per Capitulum, ſeu Prælatum, obſeruentur; inuigilent præcipuè, vt Diuinum Officium deuotè dicatur; ac ſtudeant communibus Fratrum exercitijs, & Capitulo culparum intereſſe.

Ibi: Qui Decani tales eligantur.

3 VT autem ad præſcriptum Regulæ Decani conſtituantur, ſtatuimus neminem poſſe eligi in Decanum, qui ſaltem per biennium continuum tempore ſui Sacerdotij, obſeruantiæ Regulari non vacauerit (exceptis Lectoribus, & Prædicatoribus, de

quibus infra num. 11.) quiq; ſufficienti literatura, ac probis moribus præditus non ſit, & bonum teſtimonium non habeat à Prælato, in cuius Monaſterio ſaltem per annum integrum, tempore quo ad Decanatum promouendus erit, commoratus fuerit, vel ab his Prælatis, ſub quorum cura eo anno, licet in diuerſis Monaſterijs vixerit, & præſertim de cuius doctrinæ ſufficientia, & vitæ meritò non conſtet per teſtimonium à Viſitatoribus medio eorum iuramento coram Diffinitoribus in Capitulo Generali ferendum: præuijs quo ad literarum ſcientiam in actu Viſitationis diligenti examine, & quoad morum probitatem exacta inquiſitione, prout ſtatuitur in literis in forma Breuis Clementis Octaui ſub die 6. Martij 1593. & Pauli Quinti die vigeſimaprima Martij 1608. Ac præuia etiam atteſtatione de huiuſmodi vitæ integritate, & ſufficientia per Prælatum, qui prò tempore præerit Monaſterio profeſſionis eiuſdem promouendi (cuius nomine ad Decanatum proponi, & promoueri debet) in Diffinitorio cum iuramento facienda. Qui Prælatus, ſi ad Capitulum non acceſſerit, teneatur prædictam atteſtationem in ſcriptis medio ſuo iuramento, ſubſcriptione, & ſigillo roboratam ad Diffinitores tranſmittere; & in caſu mortis à Priore, & Senioribus, ipſorum pariter iuramento, ſubſcriptionibus, & Sigillo Conuentus munita tranſmittatur; alias huiuſmodi electiones, ſeu promotiones, quæ, non ſeruata forma præſentis Conſtitutionis fieri contigerit, nullas, & inualidas eſſe ipſo facto decernimus, & declaramus. Si qui autem inter Decanos reperiuntur, qui ad ſuum

munus

munus peragendum, ob aliquam infirmitatem, vel alios defectus, impotentes, ſeu inhabiles ſint, abſoluantur à Regimine, & inter Decanos cum titulo (ſi in reliquis fuerint emeriti, & bonum teſtimonium habuerint à Prælatis ſuis) numerentur: ſin minus à titulo, & Regimine remoueantur, & alij ſufficientes in locum illorum ſubſtituantur. Qui omnes, vt in ſtudio Regularis diſciplinæ ſint ſoliciti, ac Fratres ad eam amplectendam (vt ex Officio tenentur) excitare non negligant, quotannis in Capitulo Generali electionis iudicio ſubijciantur, & pro ſingulis à Diffinitoribus ſuffragia ferantur, ac ſi nunquam antea fuiſſent electi, vt eo pacto in Officio retineantur, prout decernitur in præfato Breui Clementis Octaui.

4 Magiſtri etiam Nouitiorum eligantur moribus, & ætate omnino maturi, ſufficienti literatura præditi, & apti ad lucrandas animas, inſtruendoſque diſcipulos, qui à Sæculo conuertuntur, in Monaſtica, & Regulari diſciplina. Quæ omnia eo diligentiùs executioni mandanda ſunt, quò cognoſcimus, in his robur, & fundamentum Obſeruantiæ Regularis eſſe poſitum.

5 Et quamuis ad Nouitios inſtituendos præcipuè debeant incumbere, culpas tamen, & ipſi, in Capitulo, omnium Monachorum audiant, ſicut, & alij Decani, ſilentiumque, & alias diſciplinæ Regularis obſeruantias ſeruari procurent.

6 Hoſpitibus (alijs Superioribus abſentibus, vel occupatis) occurrant; Regulas, & Conſtitutiones penes ſe habeant, vt Fratres inſtruere poſſint. In ſuis verò admonitionibus, & correctionibus caueant, ne ſint

Digitized by Google

nimis tepidi, aut auſteri. Hæc omnia faciant, vel omittant iuxta ſuorum Prælatorum diſpoſitionem, contra quorum mandata nihil penitùs attentent.

7 Nec præmiſſis omnibus ſtantibus, vllus Monachorum noſtrorum amodò poſſit ad Decanatum (qui primus Superioritatis gradus eſt) promoueri, niſi decimum ſextum, nec ad curam Nouitiorum, niſi decimum octauum annum in Congregatione compleuerit. Quod etiam de ijs, qui ad Religionem Sacerdotes venerint intelligendum eſt.

8 Ordinamus inſuper, quod in vnoquoque Monaſterio, pro quinis quibuſque Monachis Profeſſis viuentibus, vnus tantum Decanus, computatis Cellerarijs, Magiſtris Nouitiorum, & alijs, conſtituatur; ita tamen, vt ipſi Decani numerum trecentorum non excedant, ſicuti præſcribitur in præfato Breui Pauli Quinti.

9 Ne autem alicuius Monaſterij Profeſſus, alterius Monaſterij nomine poſſit in Decanum eligi: neque ſub quouis prætextu quiſquam ex Monachis ad Decanatum, vel ex Decanis ad Prioratum, aut ex Prioribus ad Abbatiam habilitari, diſtrictè omninò prohibemus. Si quis autem doctrina, & morum probitate præditus annum decimum ſextum Religionis compleuerit, & Decanatus locum in Monaſterio ſuæ Profeſſionis non habuerit, vel propter aliquam infirmitatem minus ad regimen idoneus iudicatus fuerit, poſſit in Capitulo Generali à Diffinitoribus, vel in Dieta à Præſide, & Viſitatoribus eligi in Decanum titularem.

Ad

10 Ad animandos verò Monachos ad ſtudium literarum, volumus eos, qui Sacræ Theologiæ curſum honorificè expleuerint, & Lectoris munere in Monaſterijs pro ſtudio infra deſignandis, ſaltem per triennium continuum laudabiliter functi fuerint, & per Examinatores à Capitulo deputatos admiſſi, & approbati fuerint (modò probitate morum, & alijs præfatis requiſitis præſtent) poſt decimum ſextum annum ſupranumerarios, quando non eſt locus in Monaſterio ſuæ Profeſſionis, ad Decanatum promoueri poſſe. Idem dicimus de Concionatoribus, dummodo curſum Theologiæ feriò percurrerint, & admiſſi ab Examinatoribus noſtræ Congregationis, per triennium in præcipuis Vrbium Eccleſijs quadrageſimales functiones confecerint. Statuentes ad Diffinitores tantùm facultatem eligendi, ſeu creandi Decanos in Capitulo Generali ſpectare, & nullatenus ad Patres in Dieta congregatos, iuxta tenorem literarum in forma Breuis Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Octaui ſub die 4. Maij 1628. & die 8. Iulij 1637.

11 Decernimus denique neminem Decanum eligi poſſe in Priorem Clauſtralem, qui ſimul per biennium obſeruantiæ Regulari non vacauerit (exceptis Lectoribus, & Prædicatoribus, vt ſupra ſtatuitur num. 3.) & ſaltem per quinquennium expletum in Decanatu laudabiliter non vixerit. Præponendos tamen omninò cenſemus eos cæteris omnibus, qui Officio Magiſtri Nouitiorum, ſaltem per triennium cum Laude functi fuerint, dummodo in Decanatu idem quinquennium compleuerint. Priores verò in Abbates

eligi non poſſint, niſi per quinquennium expletum in Prioratu laudabiliter ſe geſſerint, & per biennium permanſerint in ſua reſidentia.

12 Pro charitate autem, & pace ſeruanda, & vt liberius Superiores à Prælatis conuocati vota ſua exprimere poſſint, Ordinamus quòd ſi quis eorum reuelauerit aliquid ex tractatis inter eos, itaut ſcandalum oriri poſſit, ipſo facto à cæterorum ſuperiorum conſortio in agendis, anno integro priuatus exiſtat.

13 Prior autem, Decani ad aliud Monaſterium mutati, poſt quam ſibi de ſua mutatione innotuerit, poſſint audire confeſſiones Diſcipulorum ſuorum, ac Sacerdotum, vt prius, dum illic moram trahunt, ipſiſque beneficium abſolutionis impendere, niſi Superior prohibuerit.

Quomodo dormiant Monachi.

CAP. XXII.

Singuli per ſingulos lectos dormiant. Lectiſternia pro modo conuerſationis ſecundum diſpenſationem Abbatis ſui ſinguli accipiant. Si poteſt fieri, omnes in vno loco dormiant; Si autem multitudo non ſinit, deni, aut viceni cum Senioribus ſuis, qui ſuper eos ſoliciti ſint, pauſent. Candela iugiter in eadem Cella ardeat vſque mane. Veſtiti dormiant, & cinti cingulis, aut funibus, & cultellos ad latus non habeant, dum dormiunt; nè forte per ſomnium vulnerentur dormientes: & vt parati ſint Monachi

Digitized by Google

ibi ſemper, & facto ſigno abſque mora ſurgentes, feſtinent inuicem ſe præuenire ad opus Dei, cum omni tamen grauitate, & modeſtia. Adoleſcentiores Fratres iuxta ſe non habeant lectos, ſed permixti, cum Senioribus. Surgentes verò ad opus Dei inuicem ſe moderatè cohortentur, propter ſomnolentorum excuſationes.

DECLARATIO.

Ibi: Singuli per ſingulos lectos.

1 SEcundùm modernum morem propter honeſtatem, & vt liberiùs Fratres in Orationibus, & alijs exercitijs ſpiritualibus valeant ſe exercere, ac vt vitetur curioſitas; Dormitorium diuiſum eſt in diuerſas Cellas, & aſſignamus vnicuique Fratrum Cellam vnam, ſic vt ſinguli in ſingulis dormiant.

2 Quælibet autem Cella Nouitiatus habeat in Superiori parte oſtij foramen rotundum, coopertum deforis tabella, quæ faciliter hinc indè dimoueri poſſit, è quo Frater in Cella exiſtens videri queat à Magiſtro Nouitiorum, an ſe ſpiritualiter exerceat, vel aliud agat. Quod foramen nullus interius operire præſumat ſub pœna infraſcripta.

3 Nemo Fratris Cellam, etiamſi alterius Monaſterij exiſtat, ingrediatur, ipſo in ea exiſtente, & ſimiliter eo abſentè, ſine eius licentia, aut niſi de licentia Prælati, vel Superioris; & quamdiù cum debita licentia ſimul in Cella ſunt, Oſtium ſemiapertum teneatur.

4 Nec poſſit Frater quamcumque Eccleſiaſticam, perſo-

perſonam vel Laicam, cuiuſcumque conditionis exiſtat, in Cellam introducere, ſine licentia Superioris Monaſterij.

5 Nec audeat Frater aliquis, ſine præfata licentia, vllo tempore Cellam claudere, ità quòd foris aperiri non poſſit claue communi. Quicumque verò in quolibet ſupradictorum ſex caſuum contrafecerit, ieiunet ſemel pane, & aqua in terra in Refectorio.

6 Frater autem extra Cellam ſuam exiſtens, licentiam dare valeat alteri Fratri, vt Cellam ſuam aliqua honeſta cauſa ingrediatur.

7 Et ne contingat à Sæcularibus aliquid aſportari de Cellis, qui plerumque curioſi per Monaſterium, & Dormitorium vagantur, mandamus, vt fereæ feræ, quæ clauibus communibus aperiuntur, Oſtijs Cellarum apponantur.

8 Capſas, ſeù ſcabella clauibus obſerata habere nemini fas ſit, præterquam Priori Clauſtrali, qui intra, octo dies ab Officialium publicatione conſimilem clauem Abbati tribuere teneatur. Si ſecus fecerit, totum Pſalterium intra octiduum recitet; Cæteri verò arbitrio Superioris puniantur.

9 Quilibet autem Frater cautè teneat lumen in Cella, & extinguat, & nullus candelas applicet lectiſternijs, aut parietibus ligneis propter incendij periculum. Si quis verò contrafecerit dicat ſuam culpam in Capitulo, grauiter puniendus.

10 Silentium continuum in Dormitorio ab omnibus quouis tempore ſeruetur, niſi quis voluerit aliquid breuiter, & ſubmiſſa voce dicere.

Ordina-

11 Ordinamus prætereà, quoad fieri poteſt, ne Conſeſſiones Sæcularium in Dormitorio audiantur à quocumque.

12 Prælati verò, & Seniores, Fratrum Confeſſiones ibi audire, eoſque ſubmiſſa voce exhortari poſſint.

13 Fratres incedentes per Dormitorium ità quietè, & in cunctis moderatè, & ſine ſtrepitu ibidem ſe habeant, vt alios non inquietent.

14 Singulis hebdomadis Dormitorium, & Cellę propter immunditias, à Fratribus ſcopis mundentur.

Ibi: Candela.

15 SIuè Lucerna, vel Lampas, quæ accenditur à Sacriſta hora, qua pulſantur ſigna ſerotinæ ſalutationis Angelicę, & ardeat tota nocte vſque ad diem.

Ibi: In eadem Cella.

16 IDeſt in Dormitorio eodem.

Ibi: Veſtiti dormiant.

17 DEclaramus hoc modo veſtitos dormire Fratres, ſi teneant ſcapulare cum Caputio ſuper Tunicellam.

De

Digitized by Google

De Excommunicatione Culparum.

CAP. XXIII.

SI quis Frater contumax, aut inobediens, aut ſuperbus, aut murmurans, vel in alio contrarius exiſtens Sanctæ Regulæ, & præceptis Seniorum ſuorum contemptor repertus fuerit, hic ſecundum Domini Noſtri præceptum admoneatur ſemel, & ſecundo ſecretè à Senioribus ſuis. Si non emendauerit, obiurgetur publicè coram omnibus. Si verò neque ſic correxerit, ſi intelligit qualis pœna ſit, Excommunicationi ſubiaceat. Si autem improbus eſt, vindictæ corporali ſubdatur.

Qualis debeat eſſe modus Excommunicationis.

CAP. XXIV.

SEcundum modum culpæ, Excommunicationis, vel diſciplinæ debet extendi menſura; qui culparum modus in Abbatis pendeat iudicio. Si quis tamen Frater in leuioribus culpis inuenitur, tantum à menſæ participatione priuetur. Priuari autem à menſæ conſortio, iſta erit ratio, vt in Oratorio Pſalmum, aut Antiphonam non imponat, ne-

nar, neque Lectionem recitet vſque ad ſatisfactionem. Refectionem autem cibi poſt Fratrum refectionem accipiat, menſura, vel hora, qua præuiderit Abbas ei competere; Vt ſi verbi gratia fratres reficiunt Sexta hora, ille frater Nona: Si fratres Nona, ille Veſpertina, vſque dum ſatisfactione congrua veniam conſequatur.

De Grauioribus culpis.

CAP. XXV.

IS frater, qui grauioris culpæ noxa tenetur, ſuſpendatur à menſa ſimul, & ab Oratorio. Nullus ei fratrum in vllo iungatur conſortio, neque in colloquio. Solus ſit ad opus ſibi iniunctum, perſiſtens in pœnitentiæ luctu ſciens illam terribilem Apoſtoli ſententiam dicentis: Traditum huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Cibi autem refectionem ſolus percipiat, menſura, vel hora, qua præuiderit ei Abbas competere. Nec à quoquam benedicatur tranſeunte, nec cibus, qui ei datur. *Cor. 1. 5.*

DECLARATIO.

Ibi: Qui grauioris culpæ noxa tenetur.

1 QVia in his declarationibus, & Conſtitutionibus, plæriſque in locis, & caſibus, pro qualitate

litate,& grauitate culparum, certę pœnę, ac pœnitentiæ taxatæ ſunt, pro pace bonorum, & ad reprimendam improborum audaciam; vt metus pœnę coerceat, quos Dei, & virtutis amor à malo non reuocat; ideò ordinamus Pręlatis, & alijs Superioribus, vt eas inuiolabiliter faciant à trangreſſoribus obſeruari.

2 Quare ſi delictum, aut tranſgreſſio huiuſmodi ſecreta fuerit, ſecretò quoque impoſitam pœnitentiam facere non poſtponat delinquens, nec aliter à quoquā etiam à Pręlato proprio diſpenſari valeat, niſi pœnitentia per ordinationes ſtatuta, eſſet publicè perſoluenda, vt puta in terra in Refectorio comedere; quo caſu in aliam ſecretam commutari poſſit. Si verò manifeſtum delictum, aut tranſgreſſio ipſa fuerit, publicè etiam trangreſſorem ſecundum ſtatuta à Conſtitutionibus, vel à ſuperiore pœniteat. Quod ſi ille facere neglixerit, aut recuſauerit à nemine, vtſupra, diſpenſari valeat. Et ſi intrà triduum publicè non pœnituerit, pro huiuſmodi contemptu bis eamdem pœnitentiam facere teneatur. Si verò intrà aliud ſequens triduum, pertinaciter diſtulerit, eamdem pœnitentiam etiam tertio cogatur iterare. Demum ſi alijs adhuc tribus diebus animo (quod Deus auertat) perſtiterit contumaci, & indurato, ſtatim tanquam incorrigibilis, rebellis, & obſtinatus, ac contemptor Sanctæ Regulæ, & Conſtitutionum, Cuſtodiæ (donec reſipuerit, & prædictam pœnitentiam toties facere promiſerit, quoties, vtſupra, diſtulerat, vel recuſauerat) mancipetur.

3 Nec in aliquo præmiſſorum à Prælato ſuo, nec ab

ab vllo alio, etiam à Præſidente ipſo, niſi fortè pro aliqua breui prædictorum terminorum mora (& hoc ex aliqua rationabili cauſa) valeat diſpenſari; Maiori quippè vindictæ ſecundùm quod dicit Beatus Pater Noſter BENEDICTVS in Regula, ſubiacere debet, qui non vult humilitate corrigere, quod negligentiæ culpa deliquit.

4 Quòd ſi nec reſipuerit, nec ad cor redierit; tunc demum, vt Regula præſcribit, auſteriori diſciplinæ ſubiaceat.

5 Igitur Generale Capitulum, & Congregationis Regimen, Monaſteriorumque noſtrorum Prælati, prædicta omnia ſeruent diligenter, &, vt dictum eſt curent ab huiuſmodi tranſgreſſoribus inuiolabiliter obſeruari.

De ijs, qui ſine iuſsione Abbatis iunguntur Excommunicatis.

CAP. XXVI.

SI quis Frater præſumpſerit ſine iuſſione Abbatis Fratri excommunicato quolibet modo ſe iungere, aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, ſimilem ſortiatur excommunicationis vindictam.

Digitized by Google

Qualiter debeat eſſe ſolicitus Abbas circa Excommunicatos.

CAP. XXVII.

OMni ſolicitudine curam gerat Abbas circa delinquentes Fratres, quia non eſt opus ſanis Medicus, ſed malè habentibus. Et ideò vti
Matth.9. debet omni modo, vt ſapiens Medicus, immittere quaſi occultos conſolatores Senipetas, ideſt Seniores Sapientes Fratres, qui quaſi ſecretè conſolentur Fratrem fluctuantem, & prouocent eum ad humilitatis ſatisfactionem: Et conſolentur eum, ne abundantiori
Cor.2.2. triſtitia abſorbeatur. Sed ſicut ait Apoſtolus: Confirmetur in eo charitas, & oretur pro eo ab omnibus. Magnopere enim debet ſolicitudinem gerere Abbas circa delinquentes Fratres, & omni ſagacitate, & induſtria curare, ne aliquam de ouibus ſibi creditis perdat. Nouerit enim ſe infirmarum curam ſuſcepiſſe animarum, non ſuper ſanas tyrannidem: & metuat
Ezec.34. Prophetæ comminationem, per quem dicit Deus: Quod craſſum videbatis, aſſumebatis, & quod debile erat proijciebatis. Et Paſtoris boni pium imitetur
Luc.1. exemplum, qui relictis nonaginta nouem ouibus in montibus, abijt vnam ouem, quæ errauerat, quærere; cuius infirmitati in tantum compaſſus eſt, vt eam in ſacris humeris ſuis dignaretur imponere, & ſic reportare ad gregem.

De

Digitized by Google

De ijs, qui ſæpius correcti non emendantur.

CAP. XXVIII.

SI quis Frater frequenter correptus, pro qualibet culpa, ſi etiam excommunicatus, non emendauerit, actior ei accedat correctio, ideſt vt verberum vindicta in eum procedat. Quod ſi nec ita ſe correxerit, aut fortè (quod abſit) in ſuperbiam elatus; etiam defendere voluerit opera ſua; tunc Abbas faciat, quod ſapiens Medicus. Si exhibuit fomenta, ſi vnguenta adhortationum, ſi medicamina Scripturarum Diuinarum; ſi ad vltimum vſtionem excommunicationis, vel plagas virgarum, & iam ſi viderit nihil ſuam præualere induſtriam: adhibeat etiam, quod maius eſt, ſuam, & omnium fratrum pro eo orationem, vt Dominus, qui omnia poteſt, operetur ſalutem circa infirmum Fratrem. Quod ſi nec iſto modo ſanatus fuerit, tunc iam vtatur Abbas ferro abſciſſionis, vt ait Apoſtolus: Auferte malum ex vobis: Et *Cor. 1. 5.* iterum; Infidelis ſi diſcedit, diſcedat; ne vna ouis morbida, omnem gregem contaminet. *Cor. 2. 7.*

DECLARATIO.

Ibi: Vtatur ferro abſciſſionis.

1 IN adhibendo contra incorrigibiles Noſtræ Congregationis Monachos huiuſmodi extremum

expulſionis remedium, ſeruentur Decreta Sacræ Congregationis Concilij, Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani Octaui iuſſu edita, de Regularibus Apoſtatis, & eiectis. Fugitiui verò cum omni ſolicitudine requirantur, & in carcerem detrudantur pro modo culpæ puniendi. Propterea diſtrictè præcipimus omnibus Monaſteriorum noſtrorum Prælatis, vt in ſingulis Monaſterijs tutos carceres habeant pro huiuſmodi fugitiuis, & alijs grauiter delinquentibus.

2 Prædicti fugitiui conquirantur à Monaſterijs profeſſionis eorum, dummodo per biennium numquam intermiſſum in alieno Monaſterio non permanſerint; hoc enim caſu ab eo Monaſterio, quod integro, & non interrupto biennio incoluerunt, requirendos eſſe declaramus.

3 Et quoniam vbi maior ſubeſt culpa, & grauius ſcandalum, ibi ſolicitior debet eſſe cura; ideo declarando ordinamus, vt fugitiui, qui præter fugam aliquid notabile furto abſtulerint, aliudue flagitium perpetrauerint, ſiue ante, ſiue poſt fugam, aut vitioſè vixerint, omninò non negligantur, ſed diligentiùs, non parcendo laboribus, & expenſis, requirantur; etiam (ſi aliter fieri non poteſt) auxilio brachij ſæcularis implorato, & ad Monaſterium reducantur in cuſtodiam retrudendi, donec per Capitulum Generale, ſiue Regimen, quid de ipſis agi debeat decernatur.

4 Licentia verò tranſeundi ad aliam Religionem nemini ex noſtræ Congregationis Fratribus concedatur, niſi ſeruata forma prædicti Decreti Sacræ Congregationis Concilij de Regularibus Apoſtatis, & Eiectis &c.

5 Com-

5 Commiſſi verò noſtri incorrigibiles, & contumaces, eo modo, quo recipiuntur, expelli poſſunt. Et ſi quis eorum poſt promiſſam ſtabilitatem vitioſus, aut ſcandaloſus repertus fuerit, ſeruetur circa eum forma Regulę ſecundùm meritum, vſque ad expulſionem incluſiuè; ad quam tamen volumus quemquam Prę latorum procedere non poſſe, niſi ſeruatis, quæ infrà in ſuſceptione eorum ſtatuemus, ſcilicet cum cõſenſu omnium Seniorum, aut duarum ex tribus partibus Conuentus, ſi illi non conuenerint. Nec amplius poſſint in alijs Monaſterijs noſtræ Congregationis recipi, niſi de conſenſu Prælati, & Maioris partis Conuentus, à quo receſſerint.

Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monaſterio.

CAP. XXIX.

FRater, qui proprio vitio egreditur, aut proijcitur de Monaſterio, ſi reuerti voluerit, ſpondeat prius omnem emendationem vitij, pro quo egreſſus eſt: & ſic in vltimo gradu recipiatur, vt ex hoc eius humilitas comprobetur. Quod ſi denuò exierit vſque tertiò recipiatur. Iam verò poſteà ſciat omnem ſibi reuerſionis aditum denegari.

DECLARATIO.

Ibi : Proprio vitio.

1 QVia experientia docti, vt plurimum videmus Fratres noſtros à Nobis non recedere, niſi diabolica ſuggeſtione ſeductos; ideo declaramus eos quoque proprio vitio egredi, qui accepta licentia tranſeundi ad arctiorem Religionem, ea abutentes, vagantur.

2 Vt autem de omnibus certa ſtatuatur lex, non recedendo à Sacris Canonibus. Primò ordinamus, quod ſi qui fugitiui ſponte ad Monaſteria redierint, omnes quidem ſuſcipiantur, ſed ita, vt, quod Dominus iubet, pro menſura peccati, ſit, & plagarum modus.

3 Quicumque igitur intrà dies quinque ad Monaſteria fuerint reuerſi, arbitrio Prælatorum puniantur, non verò carcere pro ſola fuga. Tranſactis autem quinque diebus carceri mancipentur. Quod ſi vltrà dies triginta redire diſtulerint, tunc iuxta Sanctiſſimi Patris Noſtri Benedicti Regulam, in vltimo loco, & in carcere recipiantur.

4 Horum verò nullus è formali carcere liberari poſſit, niſi per Diffinitores, aut Regimen, & tunc non niſi priùs deſuper legitimè formato Proceſſu, & accuratè perpenſo qua pœna ſint Rei plectendi.

5 Nec ſic liberatis locus Profeſſionis reſtituatur, niſi in Capitulo Generali Diffinitores omnes conſenſerint, & his referentibus ad vniuerſos Congregationis Prælatos, duæ eorum ex tribus partibus id approbauerint.

Digitized by Google

uerint. In qua redintegratione illud tantummodo temporis ſpatium eis concedendum eſſe declaramus, quod ante fugam in Congregatione abſoluerunt; non verò illud, quod in fuga male prodegerunt. Non enim ferendum eſt, vt qui exempli gratia, decimo profeſſionis ſuæ anno Religionem deſeruit, & anno vigeſimo, ideſt decimo poſt fugam receptus fuit, eos præcedat, qui integros quindecim, aut nouemdecim annos perſeuerauerunt ſub ſuaui obedientię iugo, maxima etenim erga illos Patrum liberalitas erit, ſi decem anni, ante fugam tranſacti ipſis poſt pœnitentiam computentur.

6 Præter hæc ſi fugitiuus Habitum dimiſerit, vt Apoſtata, iuxta Sacros Canones, puniatur. Si autem alia quæuis præter fugam, animaduertenda, tàm in Congregatione, quàm extrà perpetrarit, exactiſſimam omnium reddat in iudicio rationem, pœnas debitas recepturus, pro modo culpæ.

7 Quibus omnibus ritè peractis, & in acta relatis, ſi digna deinde pœnitentiæ opera fecerint, laudabiliter in Congregatione viuendo, poterunt (omnibus Diffinitoribus conſentientibus) munerum Congregationis, pro ſubſequentium temporum ratione eſſe capaces: ſi trinas Viſitatorum approbationes ſingulis triennijs obtinuerint, vt ſcilicet poſt primum reuerſionis ſuæ triennium, Subdiaconorum gaudeant dignitate, poſt ſecundum, Diaconorum, poſt tertium, Sacerdotum, ac deinceps etiam ad quaſcunque fuerint dignitates per ordinem, iudicati idonei; dummodo ad ſingula triennali cenſura ſex Viſitatorum, (vt dictum

eſt) & nouem Diffinitorum ſuffragijs fuerint approbati. Idemque dicimus de ijs, qui in libro irreligiosè viuentium tanquam diſcoli fuerint adnotati.

8 Hoc idem intelligi volumus de Fratribus non fugitiuis, qui tamen ſemel cuſtodiæ fuerint legitimè mancipati. Declaramus autem pœnam legitimi Carceris, quam conſequitur infamia, & inhabilitas aſſequendi gradum Superioritatis, omnibus illis inflictam intelligi debere, qui ſiue propter fugam, ſiue ob alia facinora legitimè ſententiati, carceribus condemnati fuerint.

9 Vt autem fugitiui, & ſuſpecti, à non ſuſpectis, nec fugitiuis dignoſcantur. Ordinamus, quòd Fratres cuiuſcumque dignitatis, aut conditionis fuerint, qui quacumque de cauſa à ſuis Monaſterijs ad alia loca pergent, ſecum deferant literas patentes Superiorum ſuorum, cum expreſſo nomine locorum, quà tranſire debebunt, ſubſcriptas, ac ſigillo munitas; aliter vbicumque fuerint inuenti, tamquam fugitiui cuſtodiæ mancipentur à quibuſcumque Prælatis, aut Superioribus Monaſteriorum noſtrorum.

10 Admoneantur etiam Patres Monaſteriorum noſtrorum de Fratribus fugitiuis, expulſis, & licentiatis à Superioribus Monaſteriorum, à quibus recedunt (quemadmodum fit de Fratribus defunctis) vt ab omnibus euitari hi poſſint, illi requiri.

† †

†

De

De Pueris minori ætate qualiter corripiantur.

CAP. XXX.

OMnis ætatis, vel intellectus proprias debet habere menſuras. Ideoque quoties Pueri, vel Adoleſcentiores ætate, aut qui minus intelligere poſſunt quanta pœna ſit excommunicationis; Hi tales, dum delinquunt, aut ieiunijs nimijs affligantur, aut acris verberibus coerceantur, vt ſanentur.

DECLARATIO.

Ibi; Omnis ætatis, vel intellectus.

1 QVoniam Sacrum Concilium Tridentinum, tempus emittendæ Profeſſionis præſcribit, expleto ſcilicet ætatis anno ſextodecimo; eius veſtigijs nos quoque firmiter inhærentes, Pueros minoris ætatis, de quibus in hoc capite habetur ſermo, minimè recipiendos ſtatuimus: ideo nullus poſthac ad probationem admittendus erit, qui non expleuerit decimum quintum annum.

2 Circa verò Adoleſcentiores, quia experientia didicimus, quoſdam ex his in incurabiles ægritudines incurriſſe ob nimias auſteritates, Hortamur Prælatos, & Patres Monaſteriorum Noſtræ Congregationis, vt in

ieiunijs,

ieiunijs, & vigilijs Regularibus, erga huiuſmodi Adoleſcentes pium, & diſcretum habeant intuitum, quatenus in validiori ætate ad Regularis vitæ obſeruantias, propenſiori fructu valeant incumbere.

3 Mandamus item, vt iuniores in Nouitiatibus ſub cura Magiſtri Nouitiorum, per quinquennium ad minus inſtituendi relinquantur, nec indè amoueantur, niſi aliqua vrgente neceſſitate. Cum verò amoti à Nouitiatu fuerint, ſaltem per biennium Prioris curæ, ac directioni tradantur, vt, quo ad fieri poteſt, in eadem diſciplina permaneant, in qua Nouitiatus tempore adoleuerunt. Liceat tamen Prælatis ex aliqua rationabili cauſa, ipſorum iudicio, & Superiorum Monaſterij conſilio approbanda, Prouectiores, nondum expleto quinquennio, ex Nouitiatu extrahere, dummodo ætatis ſuæ annum decimum nonum ſaltem exceſſerint. Si autem contigerit (quod Deus auertat) vt ex alicuius præuaricatione cœteri ſcandalum ſumant; ne vna ouis morbida totum corrumpat ouile, ſtatuimus, vt ſi poſt adhibitas pœnitentias ſalutares à Prælato, alijſque Superioribus (Magiſtro Nouitiorum deferente) cognitum fuerit de præfati Iuuenis incorrigibilitate, ex Nouitiatu, nondum elapſo quinquennio, extrahi poſſit. Ne verò commodum ex ipſa malitia reportetur, talibus ſic extractum ſubijcimus pœnitentijs; per totum ſcilicet reliquum quinquennij tempus ſit ei Monaſterium, ex cuius Nouitiatu extrahitur, pro Carcere: Silentium obſeruet cum Secularibus, & Monachis (Patre Spirituali excepto, alijſque, quibus Prælatus indulſerit) poſt omnes Profeſſos degrada-

gradatus maneat: & demum bis in hebdomada in pane, & aqua, cum zona ad collum, comedat in terra in Refectorio.

De Cellerario Monaſterij.

CAP. XXXI.

Cellerarius Monaſterij eligatur de Congregatione ſapiens, maturus moribus, ſobrius, non multum edax, non elatus, non turbulentus, non iniurioſus, non tardus, non prodigus, ſed timens Deum, qui omni Congregationi ſit ſicut Pater. Curam gerat de omnibus: ſine iuſſione Abbatis nihil faciat. Quæ iubentur cuſtodiat; Fratres non contriſtet. Si quis autem Frater ab eo fortè aliquid irrationabiliter poſtulat, non ſpernendo eum contriſtet, ſed rationabiliter cum humilitate male petenti deneget. Animam ſuam cuſtodiat, memor ſemper illius Apoſtolici præcepti: Quia qui benè miniſtrauerit gradum ſibi bonum acquirit. *Tim. 13.* Infirmorum, Infantium, Hoſpitum, Pauperumque cum omni ſolicitudine curam gerat, ſciens ſine dubio, quia pro his omnibus in die Iudicij rationem redditurus eſt.

Omnia vaſa Monaſterij, cunctamque ſubſtantiam, ac ſi Altaris vaſa ſacrata conſpiciat. Nihil ducat negligendum, neque auaritiæ ſtudeat, neque prodigus ſit, aut extirpator ſubſtantiæ Monaſterij: Sed omnia menſuratè faciat, & ſecundum iuſſionem Abbatis ſui. Humilitatem antè omnia habeat; & cui ſubſtantia

non

non eſt, quæ tribuatur, ſermo reſponſionis porrigatur bonus; quia ſcriptum eſt: Sermo bonus ſuper datum
Eccleſ.18. optimum. Omnia quæ ei iniunxerit Abbas, ipſe habeat ſub cura ſua; à quibus eum prohibuerit, non præſumat. Fratribus conſtitutam annonam ſine aliquo typo, vel mora offerat, vt non ſcandalizentur: memor Diuini eloquij, quid mereatur, qui ſcandali-
Math.18. zauerit vnum de puſillis. Si Congregatio maior fuerit, ſolatia ei dentur, à quibus adiutus, & ipſo æquo animo impleat Officium ſibi commiſſum. Horis competentibus dentur quæ danda ſunt, & petantur quæ petenda ſunt: vt nemo perturbetur, neque contriſtetur in domo Dei.

DECLARATIO.

Ibi: Eligatur.

1 A Prælato ſcilicet, de Conſilio Seniorum Diffinitoribus, vel Regimini proponendus, & ab ipſis promouendus. Sit autem Decanus, omninò moribus grauis, & probatus.

Ibi: Animam ſuam cuſtodiat.

2 CEllerarij non ſic ſe immergant temporalibus, quin vacent ſpiritualibus, ſed ſic tranſeant per bona temporalia, ne ammittant æterna. Et vt faciliùs ſpiritualibus exercitijs vacare poſſint: Volumus omninò, vt in Cella Dormitorij dormiant; negotia

tamen

tamen Monaſterij in Celleraria exerceant, ac ſaltem ſingulis diebus feſtiuis Miſsas celebrent, & quoad fieri poteſt, Chorum, & Refectorium frequentent.

Ibi: Sine iuſſione Abbatis nihil faciat.

3 ET præcipuè, ne omninò fabricas conſtruat intus, aut extra Monaſterium ſine ſcientia, vel voluntate Prælati ſui. Alias quoque res, quæ erant alicuius momenti, putà venditiones frugum, Vini, Olei, & aliarum rerum in quantauis ſumma, & ſimilium, cum Prælato, vel eo abſente, cum Superiore communicet.

4 Caueat autem omninò à cuiuſuis arboris inciſione in poſseſſionibus Monaſterij; ità vt ne vnam quidem inſcio Prælato, aut incidat, aut incidi faciat, ſerióque examinet, vbi agitur de ſyluis, vel arboribus non cæduis quid de iure facere poſſit, ne limites ſuæ facultatis excedat, pœniſque, ac cenſuris Extrauag. Pauli Secundi, & Decreti Sacræ Congregationis de rebus Eccleſ. non alien. ſubiaceat; grauiter, ſi ſecus fecerit, puniendus. Experientia enim edocti cognouimus, quantum ex arborum inciſione Monaſteria patiantur detrimentum. Caueat inſuper, ne Monaſteria debitis aggrauet ſua incuria; quod ſi fecerit, deponatur.

Ibi: Infirmorum, & Pauperum.

5 HANC autem partem Regulæ, cum omni diligentia, & timore Dei ſeruet Cellerarius, & præci-

præcipuè in abſentia Prælati, ſciens ſecundùm Regulam, quod de omnibus eſt in die Iudicij redditurus Domino rationem.

Ibi: Nihil negligendum ducat.

6 QVilibet Cellerarius computa, rationes, debita, credita, expenſas quotidianas, & tàm nummorum, quàm rerum exitus ſingulo quoque menſe, oſtendat Prælato, & Superioribus; qui omnes eadem manu ſua ſubſcribant. Et mutatus ad aliud Monaſterium, priuſquam recedat, rationem omninò reddat exercitij ſibi commiſſi coram Superioribus præfati Monaſterij. Quod ſi non fecerit, ieiunet ſemel in pane, & aqua; vlterius etiam acriùs à Viſitatoribus puniendus, & corrigendus; ipſis, ſi indulgentiores fuerint, à Diffinitorio puniendis.

7 Si autem quauis de cauſa intra ſexennij tempus, vel huiuſmodi ſexennio completo, ab Officio Cellerariæ abſolutus fuerit: ad Prioratum tamen (etiamſi habeat alia requiſita) promoueri non poſſit, niſi prius integrè, & fideliter coram Prælato, & Superioribus Monaſterij, rationem reddiderit ſuæ adminiſtrationis, ac ipſius computa ab eiſdem (ſuper quo conſcientiam cuiuslibet ipſorum oneramus) approbata, ſubſcripta, & legitimè ſolidata fuerint: atteſtationemque habeat in ſcriptis de huiuſmodi approbatione, prædictorum ſubſcriptionibus, ac iuramento validatam, Diffinitoribus, vel Regimini, vt canonicè promoueri poſſit, præſentandam.

Ordina-

8 Ordinamus inſuper iuxtà literas in forma Breuis fœlicis recordationis Clemẽtis Octaui, & Pauli Quinti, vt in adminiſtratione rerum temporalium ea cautio adhibeatur, ne Prælati eam per ſe ipſos exerceant, ſed per Cellerarios, à Diffinitoribus, vel Regimine deputatos; temporalia verò negotia Monaſteriorum Noſtrorum per Seculares, aut Commiſſos potius quam per Monachos tractentur.

9 Rectorijs, & membris Monaſteriorum Noſtrorum non deputentur vllo modo Monachi, etiam ſi ſint Decani, qui non ſint prouectæ ætatis (niſi aliter neceſſitas expoſcat) & præſertim habiles ad prædicta rectè adminiſtranda, ac morum honeſtate conſpicui, qui teneantur ſtatutis temporibus Cellerario rationem reddere ſuarum adminiſtrationum, & eidem, in his, quæ ad prædictas adminiſtrationes pertinent, parere. Quando verò Cellerarius è Monaſterio egreditur, nullo modo ſolus, ſed ſaltem famulo aſſociatus incedat.

10 In ſingulis autem Monaſterijs, Diffinitores, vel Regimen, prout ſtatuitur in prædicto Breui Clementis Octaui, deputent Monachum probatum, ac fidelem in Depoſitarium, penes quem pecuniæ omnes quacumque ex cauſa ad Monaſterium, tàm ex Celleraria, & alijs membris, ac Rectorijs ſupradictis, vel ex cauſa cuiuſcumque Canonis, Laudemij, Cenſus, aut cuiuſlibet alterius rei, & emolumenti, quàm ex Sacriſtia prouenientes, reponantur; cuius Depoſitarij præcipua cura ſit, in deſtinatis rationum libris fideliter, ac diligenter huiuſmodi pecunias deſcribere; Earum autem ne obolum quidem expendat, aut alicui quouis præ-

prætextu ſoluat, niſi cum mandato Cellerarij, aut Vicarij Sacriſtiæ reſpectiuè, ipſorum manu, ac Prælati, vel in eius abſentia Superioris Monaſterij ſubſcripto. Huiuſmodi autem mandata in præparato codice deſcribantur, expreſſa in ijs ſumma pecuniæ, cui, & qua de cauſa fuerit perſoluta, vt ex eiſdem facilius Viſitatoribus innoteſcat, an huiuſmodi redditus, in ſolitis, ac neceſſarijs Monaſterij ſumptibus, vel forſan in alijs inutilibus, ac ſuperfluis (quod omninò fieri prohibemus) impendantur. Et ſi qui ſunt abuſus, tàm circa huiuſmodi inutiles, & ſuperfluas expenſas, quàm circa præſentis Conſtitutionis obſeruantiam, præſertim ſub prætextu, quod aliqui redditus ad Cameram Abbatialem pertineant, & de illis Prelati pro libito, incommodum tamen Monaſteriorum diſponere poſſint, ab ijſdem Viſitatoribus ſeriò mandetur, vt omnino tollantur, & huiuſmodi redditus in neceſſarios Monaſteriorum vſus conuertantur.

De Ferramentis, vel rebus Monaſterij.

CAP. XXXII.

SVbſtantię Monaſterij in ferramentis, vel veſtibus, ſeu quibuslibet rebus, prouideat Abbas Fratres, de quorum vita, & moribus ſecurus ſit, & eis ſingula, vt vtile iudicauerit, conſignet cuſtodienda, atque recolligenda. Ex quibus Abbas breue

breuè teneat: vt dum ſibi in ipſa aſſignata Fratres viciſſim ſuccedunt, ſciat quid dat, aut quid recipit. Si quis autem ſordidè, aut negligenter, res Monaſterij tractauerit, corripiatur: ſi non emendauerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat.

DECLARATIO.

Ibi: Subſtantiæ Monaſterij.

1 QVilibet Officialis, intra menſem à die publicationis ſuæ, faciat Inuentarium de rebus Monaſterij, quæ pertinent ad ſuum Officium. Et Prælatus habeat apud ſe Inuentarium vniuerſale omnium rerum, tàm mobilium, quàm immobilium Monaſterij, omninò Viſitatoribus exhibendum.

2 Omnes verò libri Monaſteriorum noſtrorum notentur in Inuentario, ſcribendo in eis Congregationis nomen, & Monaſterij, cuius ſunt, nec non eorum numerum per ordinem.

3 Tapetia verò Eccleſiarum, & ornamenta Diuino Cultui dicata, deinceps Secularibus non commodentur, niſi fortè immineret periculum grauioris ſcandali; quo caſu habita diſcretione Perſonarum, & temporum Prælati prudenter prouidere poſſint.

Ibi: Conſignet cuſtodienda.

4 DIligenti cura faciant Patres hoc Capitulum obſeruari. Et, vt ſolicitè cuſtodiantur, & conſeruen-

Digitized by Google

ſeruentur omnia bona mobilia, & immobilia Monaſteriorum, inuigilent Prælati, vt de huiuſmodi bonis ad ſingula officia ſpectantibus, ab vnoquoque Officiali expleta eius adminiſtratione, integra, & exacta reddatur ratio, à Cellerario accuratè exigenda. Quod ſi aliquis Officialis in huiuſmodi adminiſtrationibus propter ſuam incuriam, vel malitiam (quod abſit) aliquod graue Monaſterio detrimentum intulerit, vel non cuſtodiendo bona ab ipſo per Inuentarium recepta: vel expleto officio illa ſucceſſori integrè, & fideliter non conſignando, à Prælato ſuo pro modo culpæ ſeuerè puniatur. Cellerarij verò in exigenda ratione, negligentes, pœna eorum culpis conſentanea pariter afficiantur. Adhibeatur tamen à Viſitatoribus, cum ad Monaſteria viſitanda peruenerint, omnis diligentia, vt Abbates, & Cellerarij, tàm in Monaſterio, quàm in Curtibus, & Grancijs, ſuperfluas omnes amputent expenſas; maximè verò circa equos, famulos, quadrigas, & alia huiuſmodi: ijs tantùm, quæ Prælatos Regulares, ac Monachos voto paupertatis adſtrictos decent, contenti. Accuratè etiam ipſi Viſitatores perpendant, quonam pacto Monaſteriorum præfatorum redditus augeri, expenſæque minui poſſint. Pari quoque vigilantia, ac ſolicitudine inquirant, an poſseſſiones à Colonis ſint diligenter cultæ, arboribuſque conſitæ, ac etiam armentis, & cœteris ad culturam neceſsarijs conuenienter inſtructæ, nec non an vlterioris bonificationis ſint capaces; vt Monaſteria ære alieno oppreſsa ſubleuari queant. Quod ſi ex auaritia, aut negligentia damnum aliquod Monaſterijs

illatum

illatum fuiſſe conſpexerint: moneant Abbates, vt contra Cellerarios,& alios Officiales procedant,vſque officiorum priuationem, & vlterius, ſi id qualitas delictorum exegerit. In Prouincia autem, in qua Monaſterium aliquod, prædictorum Officialium incuria, aut infidelitate(quod Deus auertat)in ruinam vergit: teneantur omnes eiuſdem Prouinciæ Abbates commonefacere præfatos Viſitatores, vt valeant ipſi Monaſterio iam labenti de opportuno remedio prouidere.

5 Sanè cum priuilegia ipſa Congregationis multis, magniſque ſumptibus, ac difficultatibus impetrata ſint, ſumma diligentia, & cuſtodia conſeruari mandamus; quæ cum etiam quadruplicata ſint,quatuor Monaſterijs deputamus, cuſtodienda, videlicet Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ de Padua, Sancti Spiritus propè Papiam, Sanctæ Mariæ de Florentia, & Sancti Pauli de Vrbe. In quibus Monaſterijs maxima cura ſeruari volumus, in loco tuto ab igne, ab humiditate, à furibus, in Archiuio duabus clauibus obſerato,extrahanturque bis, aut ter in anno, ne forte corrodantur.

6 Diſtrictiùs autem mandamus,& inhibemus,ne inde amoueantur ſine ſpeciali licentia Præſidentis, & duorum Viſitatorum. Vrgente verò neceſſitate abſque eorum licentia ad alia Monaſteria noſtra tantùm transferri poſſint.

7 Qui ea requiſierint, teneantur illa remittere poſt eorum vſum intra menſem. Et ſi is, qui acceperit, legitima cauſa ceſſante, intra menſem remittere diſtulerit: ſingulis diebus ſeptem Pſalmos pœnitentiales cum Litanijs, vſquequò remiſſa fuerint, dicere teneatur.

Quælibet verò Monaſteria habeant tranſumpta authentica Priuilegiorum ſaltem vſitatorum, quæ accuratè cuſtodiantur.

8 Ne arcana, quæ fidelitati Viſitatorum committuntur, vllo vnquam tempore pateſieri contingat, aſſignamus Archiuia Monaſteriorum illorum, in quibus Capitulum Generale celebrabitur vbi in capſa obſerata claue, quæ ſemper penes Præſidem pro tempore ſit, acta viſitationum præcedentis anni cuſtodienda erunt. Si quæ autem ſunt aliæ ſcripturæ ad Congregationem noſtram ſpectantes, in Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ de Padua ſeruentur.

9 Sigilla Congregationis, tàm magnum, quàm paruum, cautiſſimè cuſtodiantur: ne aliqua fraus inde ſuboriatur.

10 Quodlibet autem Monaſterium diligenter ſeruet ſua Sigilla, ſiuè magnum (quo vtuntur, cum quid fit nomine Prælati, & Conuentus) ſiue paruum, quo vtitur Prælatus in priuatis literis. Et nullus alius, niſi de licentia ipſius Prælati vllo eorum vti poſſit. Quæ Sigilla tàm Congregationis, quàm Monaſteriorum, ſi quis ſuadente Diabolo adulterari præſumpſerit, carceri mancipetur.

11 Et quia non ſufficit cuſtodire ſcripturas, & iura Monaſteriorum, niſi ab impugnatoribus tuta ſeruentur. Idcircò ſtatuimus, quod ſi aliquando Secularis, aut Eccleſiaſtica Perſona, iura, aut priuilegia Congregationis in toto, vel in parte infregerit, vel aliquo modo moleſtare tentauerit: Si quidem ipſa iniuria in detrimentum particularis tantum Monaſterij ceſſerit,

Præ-

Prælatus illius Monaſterij, omni quo valuerit iuſto remedio cauſam ſuam impigrè, prudenterquè tueatur, nec aliquo modo iura, ac priuilegia ipſa violari permittat. Vbi verò ſe cauſæ tuendæ imparem viderit: Patri Præſidenti, vel Viſitatori, & Procuratori Generali negotium omne inſinuare non negligat; quos omninò volumus cauſam huiuſmodi in ſe ſuſcipere, & ſumptibus ipſius Monaſterij in Romana Curia, vel alibi, ſicut opus fuerit, tueri.

12 Si verò Pater Præſidens, aut Viſitatores ipſum Monaſterium iudicauerint impotens ad expenſas; fiat ſumptibus Congregationis, ad quos reſtituendos ipſum Monaſterium teneatur; niſi Capitulum Generale iuſſerit indulgendum.

13 Poterunt tamen Pater Præſidens cum vno Viſitatore, vel duo ſimul Viſitatores prouidere, quod vnum, aut plura Monaſteria ſubueniant Monaſterio impotenti, pro iure ſuo tuendo, ſi in Congregatione deſint pecuniæ: reſtitutione tamen facienda de pecunijs commodatis, tempore per ipſos conſtituendo.

14 At ſi moleſtia illata in totius Congregationis redundat iacturam, Pater Præſidens communibus Congregationis ſumptibus illius iura defendenda curabit.

15 In vnoquoque Monaſterio ſit regeſtum, in quo, quæ ſingulis annis per Generale ordinantur Capitulum, notentur: videlicet, quæ totam reſpiciunt Congregationem. Et ſimiliter habeatur libellus, in quo notentur ea, quæ ſpecialiter ad vnumquodque Monaſterium pertinent, prout fuerint per ſingulos annos per Capitulum Generale, Dietas, & Viſitatores ordinata.

Digitized by Google

Si quid debeant Monachi proprium habere.

CAP. XXXIII.

PRæcipuè hoc vitium radicitùs amputetur de Monaſterio: ne quis præſumat aliquid dare, aut accipere ſine iuſſione Abbatis, neque aliquid habere proprium, nullam omninò rem, neque codicem, neque tabulas, neque graphium, ſed nihil omninò: quippe quibus, nec corpora ſua, nec voluntates licèt habere in propria poteſtate. Omnia verò neceſſaria à Patre Monaſterij ſperare: nec quicquam liceat habere, quod Abbas non dederit, aut permiſerit. Omniaque omnibus ſint communia, vt ſcriptum eſt; nec quiſquam ſuum eſſe aliquid dicat, aut præſumat. Quod ſi quiſquam hoc nequiſſimo vitio deprehenſus fuerit delectari, admoneatur ſemel, & iterum, ſi non emendauerit, correctioni ſubiaceat.

DECLARATIO.

Ibi: Radicitùs.

1 INtentio Regulæ eſt, quòd non ſolùm in exterioribus amputanda ſit proprietas; ſed etiam quando Prælatus perpendit aliquam rem nimio affectu poſſideri; ita fortè, vt Frater reſiſteret, ſi ab eo auferri con-

contingeret. Propterea Patres caueant, ne aliquid concedant alicui ad vſum in vita eius, quia talis conceſſio eſt valdè proprietati ſimilis; ſed concedant ad beneplacitum Superioris.

2 Permittimus autem Monachis noſtris, vt habeant Libros, cum licentia ſuorum Prælatorum; & pro vſu ſuo teneant, etiamſi miſſi fuerint ad alia loca Congregationis noſtræ: reſtituendos nihilominus poſt eorum deceſſum, illis Monaſterijs, quibus inſcripti fuerint.

3 Et quoniam ſæpè multæ oriuntur lites, cum aliquis ex Noſtris moritur extra ſuæ Profeſſionis Monaſterium, tùm ſuper libros, tùm ſuper alias res; ad eas tollendas, ordinamus, quòd tàm libri non ſignati, quàm alia omnia, quæ reperta fuerint apud quemuis noſtræ Congregationis Prælatum, Monachum, ſiue Commiſſum defunctos. intelligantur eſſe, & ſint eius Monaſterij, in quo talis defunctus aſſignatus erat, dummodo illuc peruenerit. Quod intelligendum eſt de pecunijs, & alijs rebus, quæ cum effectu, & realiter apud ipſos ſunt: quæ autem non reperiuntur apud ipſos, cuiuſcumque generis ſint, ſiue pecuniæ, ſiue libri ſignati, ſiue alia cuiuſmodi, ſint & eſſe intelligantur Monaſteriorum Profeſſionis eorum; niſi fortè ipſe ante mortem ad leuandam conſcientiam alicui coram teſtibus dixiſſet, hanc, vel illam rem, eſſe huius, vel illius Monaſterij.

4 In Breuiarijs, ſicut & in alijs Libris ſcribatur nomen Monaſterij, cui acquiſita fuerint, & nomen Caſinenſis Congregationis. Mandantes omnibus noſtræ Congregationis Patribus, vt, cum finito Capitulo ad

Monaſteria ſibi aſſignata applicuerint, in ipſorũ ordinatione, ante, vel poſt Officialium abſolutionem immediatè, Breuiaria, & Libros, & alia quæcumque, ſi habuerint, concupiſcibilia, ſibi ab omnibus denunciari mandant. Quæ omnia ipſorum arbitrio, ac beneplacito ſunt diſpenſanda, vt vitium proprietatis amputetur in Monachis.

5 Curent etiam, vt ſinguli Monachi ſingulis annis conficiant Librorum omnium, quos habent inuentarium, quod proprijs Prælatis exibeant, qui diligentiſſimè conſiderabunt, an in ijs ſint Libri per Indicem prohibiti. Inſuper omnium Monachorum Cellas ter ſaltem in anno viſitabunt, inquirentes an alios habeant Libros præter in Inuentario deſcriptos. Quod, ſi quis depræhenſus fuerit huiuſmodi Libros vetitos habere, ſeruentur ea, quæ in Decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ad Officium Sanctæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentibus ſtatuuntur.

6 Et ne quandoque aliquod ſcandalum oriri contingat: inhibemus Fratribus noſtris, ne inordinatè per ſe, vel per alios à conſanguineis ſuis, vel ab alijs Secularibus pecunias exigant. Qui contrafecerit, pecunijs priuetur, & ieiunet in terra in pane, & aqua in Refectorio.

7 Inhibemus etiam, ne quaslibet res inuicem emant, aut vendant. Contrafacientes rebus, & pecunijs illicò priuentur, comedantque in terra in Refectorio in pane, & aqua pro qualibet vice.

8 Inſuper nemo noſtrorum præſumat quidquam

emere

emere in quibuſuis Ciuitatibus, aut locis nomine Laycorum: aut etiam ab eis accipere, vt id aſportet abſque vectigalium ſolutione. Quod ſi quis non obſeruauerit, ſi fuerit in dignitate conſtitutus, per depoſitionem puniatur; Si verò fuerit ſimplex Monachus degradetur; habita conſideratione ad grauitatem criminis: ſed ſi fuerit Commiſſus, aut expellatur, aut grauiſſimis pœnis afficiatur.

19 Ordinamus etiam, & præcipimus, quod nullus noſtræ Congregationis Profeſſus, Commiſſus, ſeu aliter in noſtris Monaſterijs ſub obedientia Patrum conſtitutus, audeat tenere, vel expendere pecunias ſine licentia Prælati ſui, ſed pecuniam omnem ad ſe peruenientem, eidem Prælato deferat, Depoſitario conſignandam. Quod idem intelligimus obſeruandum eſse de pecunijs, quæ penes aliquem ex prædictis Fratribus; quauis cauſa depoſitæ fuerint, tàm Monaſteriorum noſtrorum, quam aliarum quarumcumque Perſonarum, prout ſupra ſtatutum eſt in Declaratione Cap. trigeſimo primo num. decimo. Quam conſtitutionem mandamus omnibus Prælatis, & Patribus noſtræ Congregationis, vt realiter, & cum effectu faciant in ſuis Monaſterijs obſeruari. Quod ſi fortè quis contra huius Conſtitutionis formam pecunias apud ſe, vel apud alios, vel forſan Cenſus, & alia bona quæcumque, tàm ſtabilia, quàm mobilia, quouis titulo acquiſita, occultè retinuerit, & intra tempus à Conſtitutionibus præſcriptum non reuelauerit; ac de huiuſmodi proprietatis vitio ſuſpectus, & diffamatus, à Prælato ſuo, præuia monitione, iuxta Sacros Cano-

nes

nes punitus non fuerit; ne propter incuriam, & diſſimulationem Prælatorum (quod abſit) delicta inulta remaneant: diſtrictè ordinamus Viſitatoribus, vt in actu Viſitationis, in ſingulis Monaſterijs contra huiuſmodi proprietatis labe ſuſpectos, & diffamatos diligentiſſimè procedant. Et ſi præuia deſuper capta diligenti informatione, aliquem hoc proprietatis vitio laborantem. & in quocumque ex prædictis culpabilem inuenerint: Si quem in Congregatione gradum, dignitatem, aut officium obtinet, in Dieta, aut in Capitulo deponatur; ſimplex verò Monachus, aut Commiſſus carceri mancipetur, non niſi de conſenſu Diffinitorum, vel Regiminis educendus. Pecunias verò, & quæcumque bona prædicta Monaſterijs eorum Profeſſionis eo ipſo applicata eſſe decernimus, & declaramus.

Si omnes debeant æqualiter non neceſſaria accipere.

CAP. XXXIV.

Sicut ſcriptum eſt: Diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat. *Act. 4.* Vbi non dicimus, quod perſonarum (quod abſit) acceptio ſit, ſed infirmitatum conſideratio. Vbi qui minùs indiget agat Deo gratias, & non contriſtetur. Qui verò plus indiget, humilietur pro infirmitate, & non extollatur pro miſericordia; & ità omnia membra erunt in pace.

Antè

Digitized by Google

Antè omnia ne murmurationis malum pro qualicumque cauſa, in aliquo qualicumque verbo, vel ſignificatione appareat. Quod ſi deprehenſus fuerit quis, diſtrictiori diſciplinæ ſubdatur.

De Septimanarijs Coquinæ.

CAP. XXXV.

Fratres ſic ſibi inuicem ſeruiant, vt nullus excuſetur à Coquinæ Officio, niſi aut ægritudine, aut in cauſa grauis vtilitatis quis occupatus fuerit: quia exindè maior merces acquiritur. Imbecillibus autem procurentur ſolatia, vt non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum Congregationis, aut poſitionem loci. Si maior Congregatio fuerit, Cellerarius excuſetur à Coquina, vel ſi qui (vt diximus) maioribus vtilitatibus occupantur. Cæteri verò ſibi ſub charitate inuicem ſeruiant. Egreſſurus de Septimana Sabbato munditias faciat. Linteamina, cum quibus ſibi Fratres manus, ac pedes tergunt, lauet. Pedes verò tàm ipſe qui egreditur, quàm ille qui intraturus eſt, omnibus lauent. Vaſa Monaſterij ſui munda, & ſana Cellerario reconſignet. Qui Cellerarius item intranti conſignet, vt ſciat quid dat, aut quid recipit.

Septimanarij autem, antè vnam horam refectionis, accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos biberes, & panem: vt hora refectionis ſine murmuratione, & graui labore ſeruiant Fratribus ſuis. In diebus tamen ſolem-

ſolemnibus, vſque ad Miſſas ſubſtineant. Intrantes autem, & exeuntes Hebdomadarij in Oratorio, mox Matutinis finitis Dominica, omnium genibus prouoluantur, poſtulantes pro ſe orari. Egrediens autem de Septimana dicat hunc verſum: Benedictus es Dominus Deus, qui adiuuiſti me, & conſolatus es me. Quo dicto tertiò, accipiat Benedictionem egrediens. Subſequatur ingrediens, & dicat; Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. Et hoc idem tertiò repetatur ab omnibus, & accepta benedictione ingrediatur.

DECLARATIO.

Ibi: Nullus excuſetur.

1 PRior Clauſtralis, maximè cum Prælatus erit in Monaſterio, non excuſetur à miniſterio Coquinæ; ſed ſolus Cellerarius, de quo infrà, qui Prior menſæ quoque, etiam abſente Prælato, legere, & inſeruire debet.

Ibi: Singulos biberes, & panem.

2 INfra de Hebdomadario Lectore dicit mixtum. Quod intelligimus tantum vini, quantum capere poteſt vnus cyathus, in quo in Refectorio bibitur, & circa vncias duas panis.

3 Quod verò dicitur de Hebdomadarijs Coquinæ, idem dicitur de omnibus Officialibus qui in ſuis Officijs occupati, nequeunt primę menſę intereſſe.

De

Digitized by Google

De infirmis Fratribus.

CAP. XXXVI.

INfirmorum cura antè omnia, & ſuper omnia adhibenda eſt; vt ſicut re vera Chriſto, ità eis ſeruiatur; quia ipſe dixit: Infirmus fui, & viſitaſtis me. Et quod feciſtis vni de his minimis meis, mihi feciſtis. Sed, & ipſi Infirmi conſiderent in honorem Dei ſibi ſeruiri: & non ſuperfluitate ſua contriſtent Fratres ſuos ſeruientes ſibi. Qui tamen patienter portandi ſunt; quia de talibus copioſior merces acquiritur. Ergo cura maxima ſit Abbati, ne aliquam negligentiam patiantur. Quibus Fratribus infirmis ſit Cella ſuper ſe deputata, & Seruitor timens Deum, & diligens, ac ſolicitus. *Matth. 25*

Balneorum vſus infirmis, quoties expedit, offeratur. Sanis autem, & maximè iuuenibus, tardiùs concedatur. Sed, & carnium eſus, infirmis, omninoque debilibus pro reparatione concedatur. At vbi meliorati fuerint, à carnibus more ſolito omnes abſtineant. Curam autem maximam habeat Abbas ne à Cellerarijs, aut Seruitoribus negligantur Infirmi, quia ad ipſum reſpicit quicquid à Diſcipulis delinquitur.

†

DECLA-

DECLARATIO.

Ibi: Sit Cella ſuper ſe deputata.

1 Volumus, quo ad fieri poteſt, vt quilibet Infirmus habeat locum ſeparatum, & Cellam cum camino, nec vlli omnino labori, vllique impenſæ parcatur, vt Infirmis neceſſaria obſequia, tum ſpiritualia, tum corporalia ſeduló impendantur. Quod præſertim attendatur in Monaſterijs, quæ ſunt extra Ciuitates, in quibus tàm quo ad Medicos, quàm quo ad alia requiſita, non ità commodè poſſunt Infirmis neceſſaria exhiberi. Prouideant igitur Prælati talium Monaſteriorum, vt Infirmi, ſiue ipſos in Monaſterijs, ſiue in Ciuitate curandos duxerint, nulla omnino re indigeant, quæ ad ſalutem corporis, & animæ, non ſolùm neceſſaria, ſed etiam condecens fuerit. Si de negligentia fuerint conuincti, ſeuerè puniantur à Regimine.

2 Ordinamus etiam quòd nullus Fratrum circa medicinalia loquatur Medico, aut ab eo petat conſilium ſine licentia Superioris, nec potionem aliquam, vel pilulam, vel ſimilia, ſine vtriuſque licentia ſumat. Qui contrafecerit, dicat ter ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cum Litanijs.

3 Ad menſam, ſi plures ſunt ægri, cum modeſtia ſedeant, & aliquid in principio refectionis legatur.

4 Sint Infirmi obedientes Infirmarijs ſuis, & è contra Infirmarij ſint diſcreti, & compatientes Infirmis ſuis.

Qui

Qui Infirmarij omninò deputentur Monachi, & ſi maiori indigeant auxilio, addantur etiam Commiſſi, vel Famuli. Et maxima cura inuigilent Prælati, vt hoc charitatis Officium perfectè adimpleatur.

Ibi: Balneorum vſus.

5 INtelligimus de Balneis, quæ ſunt in Monaſterijs. Ad Balnea verò, quæ ſunt extra Monaſterium, propter periculum animarum, nemo accedere præſumat ſine licentia ſpeciali Capituli Generalis, ſi proximè fieri debeat, & non ſit periculum in mora, aliter Præſidentis, aut vnius ex Viſitatoribus. Quando etiam maior inſtaret neceſſitas, & differri non poſſet, ſufficiat licentia Prælati ſui, cum conſilio Seniorum Monaſterij Si igitur pro aliquo Infirmo Fratre petenda ſunt Balnea, Prælatus ipſe, & non alius ipſam licentiam petat.

6 Infirmo Fratri ad Balnea mittendo, neceſſaria omnia ſuppeditari mandamus à Monaſterio ſuæ Profeſſionis; dummodo per biennium minimè interruptum in alieno Monaſterio non permanſerit. Hoc enim caſu, ab eo Monaſterio, quod integro biennio incoluit, neceſſaria ſubminiſtranda eſſe ſtatuimus. Quo verò ad alios Infirmos expenſæ fiant ab illo Monaſterio, in quo, qui infirmatur, eſt deputatus de familia.

Ibi : Non negligantur Infirmi.

7 NON ſolùm in temporalibus, ſed nec etiam in ſpiritualibus, vt videlicet admoneantur, ne ommittant, propter infirmitatem, Confeſſionem, & Communionem temporibus conſuetis: immò hortentur, vt frequentiùs confiteantur, & Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumant.

De Senibus, vel Infantibus.

CAP. XXXVII.

LIcet ipſa natura humana trahatur ad miſericordiam in his ætatibus, ſenum videlicet, & Infantum, tamen, & Regulæ auctoritas eis proſpiciat. Conſideretur ſemper in eis imbecillitas, & nullatenus eis diſtrictio Regulę teneatur in alimentis: ſed ſit in eis pia conſideratio, & pręueniant horas Canonicas.

DECLARATIO.

Ibi : Senum.

1 NON tàm ętate, quàm imbecillitate iuxtà Pręlati conſiderationem. Infantes verò non recipimus omninò, ſicut ſupradictum eſt, de Pueris minoris ętatis.

De

De Hebdomadario Lectore.

CAP. XXXVIII.

MEnſis Fratrum edentium Lectio deeſſe non debet: nec fortuito caſu qui arripuerit Codicem, legere audeat ibi; Sed lecturus tota Hebdomada, Dominica ingrediatur. Qui ingrediens poſt Miſſas, & Communionem, petat ab omnibus pro ſe orari, vt auertat ab eo Deus ſpiritum elationis. Et dicatur hic verſus in Oratorio tertio ab omnibus, ipſo tamen incipiente: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Et ſic accepta benedictione, ingrediatur ad legendum. Summumque fiat ſilentium ad menſam, vt nullius muſſitatio, vel vox, niſi ſolius legentis ibi audiatur. Quæ verò neceſſaria ſunt comedentibus, & bibentibus, ſic ſibi inuicem miniſtrent Fratres, vt nullus indigeat petere aliquid. Si quid tamen opus fuerit, ſonitu cuiuſcumque ſigni potius petatur, quàm voce. Nec præſumat ibi aliquis de ipſa Lectione, aut aliundè quidquam requirere, ne detur occaſio: niſi fortè Prior voluerit pro ædificatione aliquid breuiter dicere. Frater autem Hebdomadarius accipiat mixtum priuſquam incipiat legere propter Communionem Sanctam, & ne fortè graue ſit ei ieiunium ſuſtinere. Poſtea autem cum Coquinæ Hebdomadarijs, & Seruitoribus, reficiat. Fratres autem non per ordinem legant, aut cantent, ſed qui ædificent audientes.

Digitized by Google

DECLARATIO.

Ibi: Menſis Fratrum.

1 SEcundę Menſæ, vbi maior fuerit Congregatio, non deſit Lectio.

Ibi: Lectio deeſſe non debet.

2 IN Lectionibus primæ menſæ, hic ordo ſeruetur. Si dies illa proprium habuerit Euangelium, eius Homilia, & deinde Sermones ſuper eo, iuxta diſpoſitionem Superioris, legantur; Poſteà Vitę Sanctorum; deinde Sacra Scriptura. In fine comeſtionis aliquid lingua vulgari legatur, vt Fratres Commiſſi grammaticam ignorantes vndè ędificentur habeant, & ſpiritualiter paſcantur. Et pręſertim non ommittatur Lectio Regulæ italico ſermone, quę latinè lecta fuerit in Capitulo, cum tota integra ſua declaratione, quæ etiã ſecundę menſę repetatur. Cum verò contigerit Superiorem in Conuentu legere, is, qui immediatè ſequitur, ſigna particularia faciat.

Ibi: Et Communionem.

3 EX eo, quod hic Beatus Pater BENEDICTVS dicit; Poſt Miſſas, & Communionem, & infra in eodem Capitulo, propter Communionem Sanctam, oſtenditur, quod quolibet Dominico die Fratres communi-

municabant; Ideo mandamus, quod tàm ſanctum, & antiquum Religionis inſtitutum ſeruetur in ſingulis noſtræ Congregationis Monaſterijs: niſi forte, ob reuerentiam alicuius feſti ſolemnis, differatur, aut antèponatur huiuſmodi Communio.

4 Cum autem Sacerdotes, qui propter infirmitatem, aut in die Dominicæ Cœnæ, aut ex aliqua cauſa non celebrant communicare contigerit; iuxtà decretum Sanctorum Patrum, Stolam ſemper ſuper humeros habeant, ſicut quando celebrant.

5 Fiat tamen dicta communio ſtatim poſt Communionem Sacerdotis. Et Sacramentum per Sacriſtam decenter cum luminaribus, Miſſa peracta, in locum ſuum reportetur.

6 Hortamur autem Prælatos, vt ſaltem bis in anno, Monachis, & Commiſſis omnibus facultatem concedant, vt cui maximè voluerint ex approbatis ad Confeſſionem, poſſint ſua peccata confiteri.

Ibi: Petat ab omnibus pro ſe orari.

7 STet in medio Chori Die Dominica poſt Sextam, genibus flexis verſus Altare, & ter dicto Verſu: Domine labia mea aperies &c. Et à Choro ter repetito, Superior dicat; Saluum fac, &c. & conſuetam Orationem, tenoris videlicet ſequentis. Aufer ab hoc famulo tuo, quæſumus Domine, ſpiritum elationis, & ignorantiæ, vt repletus ſpiritu humilitatis, & ſcientiȩ, intellectum ſacrȩ capiat càpiat lectionis. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Digitized by Google

Ibi : Ingrediatur ad legendum.

8 POST benedictionem Lector non incipiat, niſi Fratres prius ſederint ad menſam. Lecta verò breui particula Lectionis, Superior faciat ſignum, poſt quod Fratres incipiant comedere. Et hoc, vt anima prius, quam corpus reficiatur. Et in fine menſæ nemo exurgat, niſi prius reſponderint: Deo gratias.

Ibi : Viciſſim.

9 HAC viciſſitudine intelligitur, quod ſinguli per ordinem à Superiore nominandi, per ſingulas hebdomadas legant.

Ibi : Mixtum.

10 SEruetur quod dictum eſt de Septimanarijs Coquinæ.

De Menſura Ciborum.

CAP. XXXIX.

SVfficere credimus ad refectionem quotidianam, tàm Sextæ, quàm Nonæ omnibus menſis cocta duo pulmentaria, propter diuerſorum infirmitates; vt fortè, qui ex vno non poterit edere, ex alio reficiatur. Ergò duo pulmentaria cocta

Fratri-

Digitized by Google

Fratribus ſufficiat; & ſi fuerint indè poma, aut naſcentia leguminum, addatur & tertium. Panis libra vna pro penſa ſufficiat in die, ſiue vna ſit refectio, ſiue prandij, & cœnæ. Quod ſi cœnaturi ſunt, de eadem libra, tertia pars à Cellerario reſeruetur, reddenda cœnaturis. Quod ſi labor fortè factus fuerit maior, in arbitrio, & poteſtate Abbatis erit, ſi expediat aliquid augere, remota præ omnibus crapula, vt nunquam ſurripiat Monachum indigeries. Quia nihil ſic contrarium eſt omni Chriſtiano, quomodo crapula, ſicut ait Dominus noſter: Videte ne grauentur corda veſtra in crapula, & ebrietate. *Luc. 21.* Pueris verò minori ætate non eadem ſeruetur quantitas, ſed minor, quàm maioribus, ſeruata in omnibus parcitate. Carnium verò quadrupedum ab omnibus abſtineatur comeſtio, præter omninò debiles, & ægrotos.

DECLARATIO.

Ibi: Sufficere credimus.

QVando in Monaſterio ieiunium ſeruatur, & aſſignetur edentibus in cœna, quæ debet eſſe circa meridiem, ciborum quantitas, quæ aliquantò maior ſit, ac quando non ieiunatur. In omnibus ſeruata locorum, & temporum conſuetudine, ac Monaſtica ſobrietate.

Ibi: Panis libra vna.

3 VOlumus conſuetudinem noſtram ſeruari, vt ſcilicet apponatur Panis quantum ſatis eſt.

Ibi: Quadrupedum.

IN Monaſterijs noſtræ Congregationis, in quibus viget regularis obſeruantia, & recipiuntur Nouitij ad probationem. Carnes cuiuſcumque ſpeciei omninò non comedantur in Refectorio obſeruantiæ. Diſpenſamus tamen multorum imbecillitati conſulere volentes, vt in Refectorio valetudinarijs Fratribus, qui ſunt de Conuentu, eſus carnium ſemel in hebdomada concedatur. Ac inſuper, vt Prælati cum Hoſpitibus noſtræ Congregationis intra Monaſterium, vel cum Senioribus, & Sacerdotibus in Camera Abbatis, aut cum Fratribus, qui ſunt in itinere, & extra Monaſteria, ſuper huiuſmodi eſu carnium diſpenſare poſſint, prout eorum diſcretioni videbitur expedire, facultatem concedimus. Si quis autem abſque Prælati licentia in Monaſterio, vel extra, carnes comedere auſus fuerit: quot vicibus carnes comederit, toties in pane, & aqua ieiunet.

4 Diſpenſamus præterea, cum Monaſterijs Sancti Pauli de Vrbe, Sanctæ Mariæ de Farfa, Sancti Nicolai de Litore, & S. Bartholomæi de Aſte ob aeris intemperiem, ac etiam cum cœteris Monaſterijs, in quibus propter minorem numerum Monachorum, exacta

obſer-

obſeruantia vigere nequit, videlicet, vbi duodecim ſaltem Monachi de Conuentu non exiſtunt, vt ter in hebdomada per totum annum, diebus non interdictis, carnem comedere poſſint.

De Menſura Potus:

CAP. XL.

Vnuſquiſque proprium habet donum ex Deo: alius ſic, alius verò ſic. Et ideò cum aliqua ſcrupuloſitate à nobis menſura victus aliorum conſtituitur; tamen Infirmorum contuentes imbecillitatem, credimus Eminam Vini per ſingulos ſufficere per diem: Quibus autem donat Deus tolerantiam abſtinentiæ, propriam ſe habituros mercedem ſciant. Quod ſi aut loci neceſſitas, vel labor, aut ardor æſtatis amplius popoſcerit: in arbitrio Prioris conſiſtat, conſiderans in omnibus ne ſurrepat ſatietas, aut ebrietas; licet legamus, Vinum omninò Monachorum non eſſe. Sed quia noſtris temporibus id Monachis perſuaderi non poteſt, ſaltem vel hoc conſentiamus, vt non vſque ad ſatietatem bibamus, ſed parcius. Quia Vinum apoſtatare facit etiam ſapientes. Vbi autem loci neceſſitas expoſcit, vt nec ſupraſcripta menſura inueniri poſſit, ſed multò minus, aut ex toto nihil: benedicant Deum, qui ibi habitant, & non murmurent. Hoc autem omninò admonentes, vt abſque murmurationibus ſint.

Cor. 1. 2.

Eccl. 15.

DECLARATIO.

Ibi : Eminam Vini.

1 DAmus vnicuique Vini quantum ſufficit, monentes Fratres, ne bibant merum, niſi infirmitas hoc requireret. In Refectorio bibant omnes in poculis fictilibus, quæ vtraque manu teneaant; extrà Refectorium verò vti liceat vitreis calicibus.

Quibus horis oporteat reficere Fratres.

CAP. XLI.

A Sancto Paſcha vſque ad Pentecoſten, ad Sextam reficiant Fratres, & ad ſeram cœnant. A Pentecoſte autem tota æſtate (ſi labores agrorum non habent Monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat) quarta, & ſexta feria ieiunent vſque ad Nonam: reliquis verò diebus ad Sextam prandeant. Quæ prandij Sexta, ſi opera in agris habuerint, aut æſtatis feruor nimius fuerit, continuanda erit; & in Abbatis ſit prouidentia. Et ſic omnia temperet, atque diſponat, qualiter, & animæ ſaluentur, & quod faciunt Fratres abſque vlla murmuratione faciant. Ab Idibus autem Septembris, vſque ad caput Qua-

Digitized by Google

Quadrageſimæ ad Nonam ſemper reficiant Fratres. In Quadrageſima verò ad Paſcha, ad Veſperam reficiant. Ipſa tamen Veſpera ſic agatur, vt luminè lucernæ non indigeant reficientes: Sed luce adhuc diei omnia conſumentur. Sed & omni tempore, ſiue cœnæ, ſiue refectionis hora ſic temperetur, vt cum luce fiant omnia.

DECLARATIO.

Ibi : A Pentecoſte autem.

1 QVoniam Fratres noſtri multas conſecuti ſunt diſpenſationes, & indulgentias circa ieiunia regularia, vt quod illis detractum eſt, alijs abſtinentijs compenſemus, ordinamus, vt omnes Cógregationis noſtræ Monachi, & Commiſſi ieiunent per totum annum diebus Veneris ob reuerentiam Paſſionis Chriſti; niſi fortè feſtus dies adeò ſolemnis interceſſerit, qui hanc legem ieiunij ſoluere ſuaderet. Refectiunculæ ſerotinę tempore ęſtiuo addendos aliquot fructus ob nimios calores iudicamus.

Ibi : Ab Idibus Septembris.

2 INtelligitur excluſiuè, prout declarabitur in Capitulo de opere manuum quotidiano, ſuper verbo, vſque ad Kalendas Octobris.

Ibi:

Ibi: Vſque ad caput Quadrageſimæ ad Nonam ſemper reficiant Fratres.

3 DIſpenſamus autem in infraſcriptis diebus propter reuerentiam ſolemnitatum. In feſto S. Matthæi Apoſtoli, Dedicationis S. Michaelis, S. Placidi, Sanctæ Iuſtinæ de Padua, S. Lucæ, SS. Simonis, & Iudæ; Omnium Sanctorum, S. Martini, Omnium etiã Sanctorum Monachorum, S. Andreæ (quando celebratur extra Aduentum) Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti cum tribus ſequentibus diebus, Circumciſionis ipſius, Epiphaniæ eius, Sancti Mauri, Sancti Antonij Abbatis, Purificationis Beatæ Mariæ Virginis, Sanctę Scolaſticæ, Sancti Matthiæ, quando extra Quadrageſimam incidit, & Tituli loci. Inſuper etiam, vt Fratres noſtri alacrius incumbant his, & alijs Regularibus obſeruantijs, concedimus Prælatis licentiam diſpenſandi Tertia, & Quinta Feria cuiuslibet Hebdomadæ: Quibus impeditis, diſpenſatio cadat in alium diem.

4 Et licet experientia docti, quæ rerum magiſtra eſt, apertè cognoſcamus, quòd nimia recreationum relaxatio potiùs diſtrahit, & eneruat, quam recreet, & proficiendi materiam ſubminiſtret; tamen infirmitati humanæ conſulentes, Prælatos hortamur, vt per aliquot dies ante Aduentum, itemque per aliquot plures dies ante Quadrageſimam, ſint erga Fratres in recreationibus, & in eius carnium diſpenſatione (quod ipſorum diſcretioni committitur) aliquantò indulgentiores,

res, vitato exceſſu, quatenus huiuſmodi relaxatione præmiſſa, alacriùs poſtmodum, atque feruentiùs debitum ſuę ſeruitutis perſoluant, & per Monaſteria Congregationis vniformitas obſeruetur.

Ibi : In Quadrageſima, vſque ad Paſcha ad Veſperam ſemper reficiant.

5 HOC Quadrageſimæ tempore, ita diſponantur diuina Officia, vt hora ab Eccleſia præſcripta Conuentus reficiatur.

Ibi : Cum luce omnia fiant.

6 QVIA noſtris temporibus officiorum ſolemnitates ità auctæ ſunt, vt hyemis tempore cœna non poſſit haberi ante ſolis occaſum abſque manifeſta valetudinis lęſione, &, ſi voluerimus Diuinorum celebrationem nimis diluculo perſoluere; id fieri non poterit abſque fidelium admiratione; propterea diſpenſando ordinamus, quod ab Abbatis prudentia pendeat canonicarum horarum, & refectionis congrua diſpoſitio.

†

† †

† † †

Vt

Vt poſt Completorium nemo loquatur.

CAP. XLII.

OMNI tempore, ſilentio debent ſtudere Monachi, maximè tamen nocturnis horis. Et ideò omni tempore ſiuè ieiunij, ſiuè prandij, ſi tempus fuerit prandij, mox vt ſurrexerint à Cœna, ſedeant omnes in vnum; & legat vnus Collationes, vel Vitas Patrum, aut certè aliquid, quod ędificet audientes: Non autem Heptaticum, aut Regum; quia infirmis intellectibus non erit vtile illa hora hanc ſcripturam audire: alijs verò horis legantur. Si autem ieiunij dies fuerit, dicta Veſpera, paruo interuallo, mox accedant ad Lectionem, vt diximus: & lectis quatuor, aut quinq; folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum concurrentibus, per hanc moram Lectionis. Si quis fortè in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes ergò in vnum poſiti, compleant: & exeuntes à Completorio, nulla ſit licentia denuo cuiquam loqui aliquid. Quod ſi inuentus fuerit quiſquam pręuaricari hanc taciturnitatis Regulam, grauiori vindictę ſubiaceat: Excepto ſi neceſſitas Hoſpitum ſuperuenerit, aut fortè Abbas alicui aliquid iuſſerit. Quod tamen, & ipſum cum ſumma grauitate, & moderatione honeſtiſſimè fiat.

DE-

DECLARATIO.

Ibi: Mox vt ſurrexerint à Cœna.

1 HIſce temporibus Completorium dicitur antè Cœnam; propterea pulſato primo Completorij ſigno, Monachi omnes in Capitulum conueniant ad huiuſmodi Lectionem, quæ non niſi per quartam vnius horæ partem protrahatur; & ipſa Completa, in Choro dicatur Lectio breuis.

Ibi: Et exeuntes à Completorio.

2 SIlentium, quod hic Regula pręcipit poſt Completorium, ordinamus rigoroſè ſeruandum eſſe poſt ſignum ſerotinę dormitionis.

De ijs, qui ad opus Dei, vel menſam tardè occurrunt.

CAP. XLIII.

AD horam Diuini Officij, mox vt auditum fuerit ſignum relictis omnibus (quęlibet fuerint in manibus) ſumma cum feſtinatione curratur; cum grauitate tamen, vt non ſcurrilitas inueniat fomitem. Ergo nihil operi Dei pręponatur. Quod ſi quis ad Nocturnas Vigilias poſt gloriam pſalmi nonageſimi

nageſimi quarti (quem propter hoc omninò protrahendo, & moroſè volumus dici) occurrerit: non ſtet in ordine ſuo in Choro, ſed vltimus omnium ſtet, aut in loco quem talibus negligentibus ſeorſum conſtituerit Abbas; vt videatur ab ipſo vel ab omnibus, vſque dum completo Opere Dei, publica ſatisfactione pœniteat. Ideò autem eos in vltimo, aut ſeorſum iudicauimus debere ſtare: vt viſi ab omnibus, vel pro ipſa verecundia ſua emendentur. Nam ſi foras Oratorium remaneant, erit fortè talis, qui ſe aut recollocet, & dormiat, aut certè ſedeat foris, vel fabulis vacet, & detur occaſio maligno. Sed ingrediatur intrò, vt nec totum perdat, & de reliquo emendetur. Diurnis autem horis, qui ad opus Dei, poſt Verſum, & gloriam primi pſalmi, qui poſt Verſum dicitur, occurrerit: lege qua ſupradiximus, in vltimo ſtet, nec præſumat ſociari Choro Pſallentium vſque ad ſatisfactionem: niſi fortè Abbas licentiam dederit permiſſione ſua; ità tamen, vt ſatisfaciat reus ex hoc.

Ad menſam autem, qui ante Verſum non occurrerit, vt ſimul omnes dicant Verſum, & orent, & ſub vno ſimul omnes accedant ad menſam; qui per negligentiam ſuam, aut vitium non occurrerit, vſque ad ſecundam vicem pro hoc corripiatur. Si denuò non emendauerit, non permittatur ad menſæ communis participationem, ſed ſequeſtratus à conſortio omnium reficiat ſolus, ſublata ei portione ſua vini, vſque ad ſatisfactionem, & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum Verſum non fuerit præſens, qui poſt cibum dicitur. Nec quicquam præſumat antè

ſtatu-

ſtatutam horam, vel poſteà quidquam cibi, vel potus percipere. Sed & ſi cui offertur aliquid à Priore, & accipere renuerit: hora, qua deſiderauerit hoc, quod prius recuſauit, aut aliud, omninò non percipiat vſque ad emendationem congruam.

DECLARATIO.

Ibi: Ad horam Diuini Officij.

1 QVAM ſolicitos nos eſſe velit ad Diuina Officia Beatiſſimus Pater Noſter BENEDICTVS his verbis oſtendit: ideoque aliquid ſtrictiùs, ſuadente ratione, ab ipſa tamen Regula non diſcedentes, ordinandum duximus.

2 Vt videlicet ad Nocturnas Vigilias ſeruetur ad literam Regula. Sed quandò dicitur Officium Beatæ Virginis, in principio Nocturnalis Officij, qui venerit poſt hymnum, genuflectat; & facto à Superiore ſigno, vadat ad locum ſuum; qui verò poſt Gloria primi Pſalmi, genuflectat; & expectato Superioris ſigno, ſe excuſet, vel locum negligentiæ petat.

3 Ad diurnas verò horas, qui venerit poſt hymnum, qui præmittitur Pſalmis, genuflectat, vt ſupra, & petat locum ſuum. Si autem poſt Gloria primi Pſalmi etiam in horis, in quibus hymnus non præmittitur, pariter genuflectat, factoque à Superiore ſigno, ſe excuſet; vel vt ſupra locum pœnitentium petat.

4 Ad Lectionem verò, quæ dicitur in Capitulo antè Completorium, qui venerit, poſtquam Lector (facto

ſigno

ſigno à Superiore) incœperit legere, genufleƈtat, vt ſupra, & tendat ad locum ſuum. Qui verò non interfuerit Leƈtioni breui, quæ dicitur in Choro, genufleƈtat, faƈtoque à Superiore ſigno, ſe excuſet, aut in vltimo ſtet.

Ibi: Vt ſimul omnes dicant Verſum.

5 DEclaramus ſufficere, quod Frater ſit intrà Oſtium Refeƈtorij, cum Superior incipit Verſum: Benedicite. Quo pronunciato, qui deinde ingredientur, genufleƈtant, faƈtoque à Superiore ſigno, ſurgant.

Ibi: Propter id corripiatur.

6 ORdinamus, quod tàm negligentes, quàm etiam, qui fuerint iuſta cauſa occupati, vt diſciplina, & humilitas oſtendatur, genufleƈtant, faƈtoque ſibi ſigno à Superiore, ſurgant, & cauſam ſuæ tarditatis ipſi Superiori pandant ſummiſſa voce, vt cognoſcatur negligens à legitimè occupato.

7 Inſeruientes verò Coquinæ licet genufleƈtant, non tamen ſe excuſent, quià ſatis liquet, eos legitimè fuiſſe occupatos.

8 Si quis autem legitimè occupatus non poſſet conuenire ad Officium, vel exercitium, vel ad menſam, vel ad alia, propter quæ Conuentus congregatur, excuſationem ſuam per ſe, vel per alium faciat, dicendo Superiori cauſam ſuæ occupationis.

Si

9 Si verò alicui neceſſe fuerit diſcedere ab Officio, ſiue ab exercitio, ſiue à Conuentu quomodocumque Congregato per paruum temporis ſpatium, licentiam à Superiore ſolo nutu petat: & ſi ſtatim reuertatur, non genuflectat. Cui verò neceſſe eſſet diſcedere animo non redeundi, dicat cauſam Superiori, & ſuper hoc obtineat licentiam particularem.

10 Prælati verò tranſeuntes per alia Monaſteria pro benedictione, aut intrantes Chorum, vel Refectorium, ſi tardè eos contingat accedere, non ob id genuflectant; nec etiam licentiam petant, ſi inde abire voluerint, niſi ibi fuerit Pater Præſidens.

De ijs, qui excommunicantur quomodo ſatisfaciant.

CAP. XLIV.

QVI pro grauiori culpa ab Oratorio, & à menſa excommunicatur, hora qua opus Dei in Oratorio celebratur, antè fores Oratorij proſtratus iaceat, nihil dicens: niſi tantum poſito in terram capite, & proſtratus, pronus omnium de Oratorio exeuntium pedibus ſe proijciat. Et hoc tandiù faciat, vſque dum Abbas iudicauerit ſatisfactum eſſe. Qui dum iuſſus ab Abbate venerit prouoluat ſe ipſius Abbatis pedibus, deindè omnium veſtigijs Fratrum, vt orent pro eo. Et tunc ſi iuſſerit Abbas, recipiatur in Choro, vel in ordine, quo Ab-

bas decreuerit: ità ſanè, vt Pſalmum, aut Lectionem, vel aliud quid non præſumat in Oratorio imponere, niſi iterum Abbas iubeat. Et omnibus horis, dum completur opus Dei, proijciat ſe in terram iu loco, in quo ſtat: & ſic ſatisfaciat, vſque dum ei iubeat Abbas, vt quieſcat ab hac ſatisfactione. Qui verò pro leuibus culpis excommunicantur, tantum à menſa, in Oratorio ſatisfaciat vſque ad iuſſionem Abbatis. Hoc ſemper faciant, vſque dum benedicat, & dicat ſufficit.

De ijs, qui falluntur in Oratorio.

CAP. XLV.

SI quis dum pronunciat Pſalmum, Reſponſorium, aut Antiphonam, vel Lectionem, fallitur: niſi cum ſatisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit, maiori vindictæ ſubiaceat, quippe qui noluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Infantes verò pro tali culpa vapulent.

DECLARATIO.

Ibi: Coram omnibus.

1 DEclaramus, quòd quando error eſt modicus, ſufficiat tangere terram manu; ſed ſi error fuerit notabilis, vt puta, quando exceſſu alios errare fecerit, aut neceſſe fuerit emendari legendo,

Digitized by Google

gendo, aut cantando, aut magnum ſtrepitum fecerit: mox completa Lectione, vel Antiphona, aut Cantu (ſi in his fuerit occupatus) genuflectat ante Superiorem, donec ſibi ſignum factum fuerit.

De ijs, qui in alijs quibuslibet rebus delinquunt.

CAP. XLVI.

SI quis dùm in labore quouis, in Coquina, in Cellario, in Miniſterio, in Piſtrino, in Horto, in arte aliqua dum laborat, vel in quocumque loco aliquid deliquerit, aut fregerit quippiam, aut perdiderit, vel aliud quid exceſſerit vbi vbi, & non veniens continuò antè Abbatem, vel Congregationem, ipſe vltrò ſatisfecerit, & prodiderit delictum ſuum: dum per alium cognitum fuerit, maiori ſubiaceat emendationi. Si animæ verò peccati cauſa latens fuerit: tantum Abbati, aut ſpiritualibus Senioribus patefaciat, qui ſciant curare ſua, & aliena vulnera non detegere, aut publicare.

DECLARATIO.

Ibi: Et non veniens continuò.

1 DEclaramus hoc eſſe ſeruandum, quando Abbas ibi adeſſet, aut in loco propinquo, & hoc delinquens ſciuit, aliàs in Capitulo ſuum

fateatur errorem. Propterea ordinamus, quòd ſingulis diebus poſt Primam in Capitulo Decani per vices culpas audiant.

2 Diligenter aduertant Religioſi noſtri, quanto maiori induſtria incumbere debeant ad abluendas, & ſi leuiores, maculas animæ; quandoquidem ea errata, quæ nulla culpa animam lædunt, tàm celeriter S. Pater BENEDICTVS præcipit expianda.

3 Et quia ſepties in die cadit iuſtus, ordinamus, quòd octauo quoque die iuxta antiquam conſuetudinem, Clerici, & Commiſſi ſacramentaliter confiteantur. Qui ſecus fecerit dicat ſuam culpam in Capitulo, & comedat in terra in Refectorio.

De ſignificanda hora operis Dei.

CAP. XLVII.

NVntianda hora operis Dei die, noctuque ſit cura Abbati, aut ipſe nuntiare, aut tali ſolicito Fratri iniungat hanc curam, vt omnia horis competentibus compleantur. Pſalmos autem, vel Antiphonas poſt Abbatem ordine ſuo, quibus iuſſum fuerit imponant. Cantare autem, aut legere non præſumat, niſi qui poteſt ipſum Officium implere, vt ædificentur audientes. Quod cum humilitate, & grauitate, & tremore faciat, & cui iuſſerit Abbas.

DE-

Digitized by Google

DECLARATIO.

Ibi: Nunciandæ hora operis Dei.

1 IMponatur hoc Officium Sacriſtæ.

Ibi: Cantare, aut legere.

2 IDcircò debentes legere, aut cantare, præuideant Lectiones, præparentque libros tempore congruo. Legant autem alta, & diſtincta voce, tàm in Choro, quàm in Refectorio, itaut ab omnibus cum ædificatione, & profectu ſpirituali percipiantur. Id verò multò magis in Miſſis celebrandis obſeruandum eſt, ne ob nimiam, & indecoram celeritatem ſcandalum potius, quàm deuotionis ſenſum in proximorum cordibus, Sacerdotes noſtri excitent; in quo maximè inuigilent Prælati, & contrafacientes ſeuerè corrigant. Curent etiam, vt inuiolabiliter obſeruentur toni Monaſtici in Euangelijs, in Epiſtolis, & in omnibus alijs cantibus, vt eadem vniformitas tàm in cantu, quàm in Cœremonijs exhibeatur ab omnibus. Qui tranſgreſſus fuerit pro prima vice comedat in terra in Refectorio, & pro alijs vicibus grauioribus pœnitentijs ſubiaceat Superioris arbitrio.

Digitized by Google

Ibi : Qui poſſit dictum Officium implere.

3 IDeoque ordinamus, quòd Patres Monaſteriorum noſtræ Congregationis de Conſilio ſuorum Seniorum, Fratres, quo ad diſcendum idoneos iudicauerint, liberalibus diſciplinis, caſibus conſcientiæ, & cantu plano ſolicitè inſtrui faciant à doctis Monachis, ſi commodè fieri poteſt: ſin autem, ab alijs mercede conductis.

4 Cum verò à Monaſtica diſciplina alienum ſit, inertia, otioque langueſcere, & ab antiquis Patribus, qui Eccleſiam militantem omni doctrinarum genere, & facultate illuſtrarunt, filios degenerare; vt huiuſmodi notam fugiamus, otiumque, & nugas (efficax Diaboli virus) euitemus, Diuinarumque Scripturarum ſpeculationi efficaciùs intendere poſſimus, & vt coaleſcenti in dies (Auctore Deo) Congregationi noſtræ, hæc etiam, inter cœtera, ſcientiæ gemma non deſit, hac præſenti conſtitutione decernimus, quod in omnibus Monaſterijs, in quibus ſaltem fuerint duodecim Monachi, ſint Lectiones Theologiæ Moralis, vel Sacræ Scripturæ, aut aliarum facultatum pro Monachorum captu.

5 Pro ſtudijs formalibus deputamus in Prouincia Sicula Monaſteria S. Martini Panormi, S. Placidi Meſſanæ, & S. Nicolai Catanæ. In Prouincia Neapolitana Monaſteria S. Benedicti Montis Caſini, S. Seuerini Neapolis, & SS. Trinitatis Cauæ. In Prouincia Romana Monaſteria S. Petri Peruſij, Sancti Vitalis Rauen-

Rauennæ, S. Proculi Bononiæ. In Prouincia Veneta Monaſteria S. Iuſtinæ Patauij, S. Georgij Venetiarum. In Prouincia Lombarda, Monaſteria S. Ioannis Parmæ, S. Sixti Placentiæ, S. Simpliciani Mediolani, S. Benedicti Mantuæ. In Prouincia Etruſca Monaſterium S. Mariæ Florentiæ, Cuius quidem Prouinciæ, ſicut etiam Liguræ, & pariter aliarum Prouinciarum Prælati poterunt ſuos Alumnos ad quodlibet ex Monaſterijs pro Studijs ſupra deſignatis mittere, prout ipſis magis videbitur expedire, alendos, & veſtiendos illorum Monaſteriorum expenſis, quorum ſunt profeſſi Abbates in prædictis Monaſterijs conſtituant Lectores Monachos eruditos; & eos eligant, qui ab Examinatoribus per Capitulum Generale deputatis, præuio examine, approbati fuerint; ijſque Libros, aliaque neceſſaria ſubminiſtrari mandent, & eas indulgentias concedant, quas ad lectionum laborem leuandum prudenter conferre cognoſcent.

7 Et vt Monachi noſtri eò ardentiùs ad præfata Studia incumbant, quò maior eis commoditas data fuerit, hortamur Prælatos, & Superiores Monaſteriorum, vt omnem eis commoditatem tribuant: etiam à communibus exercitijs, & ab aliquibus horis Canonicis (non tamen diebus feſtis, nec prætermiſſa Oratione mentali, integra etiam pro viribus Regulari obſeruantia) eos ſi opus fuerit eximendo.

8 Pro Monachorum quoque Studio vacantium diligentiori cuſtodia, & ſeueriori diſciplina, atque ne tempus inutiliter conteratur, vnus ex Deputatis Monaſterijs, qui Scholis præſideat in ordinatione Officia-

lium eligatur, qui cuncta ſecundùm Deum, & Scholarium profectum exequens, pro viribus, ſemper Scholis adeſſe procuret.

De opere manuum quotidiano.

CAP. XLVIII.

OTioſitas inimica eſt animæ: & ideò certis temporibus occupari debent Fratres in labore manuum: certis iterum horis in Lectione Diuina. Ideòque hac diſpoſitione credimus vtraque tempora ordinari, ideſt vt à Paſcha vſque ad Kalendas Octobris, manè exeuntes à Prima, vſque ad horam penè quartam laborent, quod neceſſarium fuerit. Ab hora quarta autem vſque ad horam quaſi Sextam, Lectioni vacent. Poſt Sextam autem ſurgentes à menſa, pauſent in lectis ſuis, cum omni ſilentio: aut fortè, qui voluerit ſibi legere, ſic legat, vt alium non inquietet. Agatur Nona temporiùs, mediante octaua hora, & iterùm, quod faciendum eſt, operentur vſquè ad Veſperam. Si autem neceſſitas loci, aut paupertas exegerit, vt ad fruges colligendas per ſe occupentur, non contriſtentur: quia tunc verè Monachi ſunt, ſi de labore manuum ſuarum viuunt, ſicut & Patres Noſtri, & Apoſtoli: Omnia tamen menſuratè fiant propter puſillanimes.

A Kalendis autem Octobris vſquè ad Caput Quadrageſimæ, vſque ad horam ſecundam plenam, Lectioni vacent. Hora ſecunda agatur Tertia: & vſque ad

ad Nonam omnes in opus ſuum laborent, quod eis iniungitur. Facto autem primo ſigno Nonæ horæ, disiungant ſe ab opere ſuo ſinguli: & ſint parati, dum ſecundum ſignum pulſauerit. Poſt refectionem autem, vacent Lectionibus ſuis, aut Pſalmis.

In Quadrageſimæ verò diebus à manè vſque ad Tertiam plenam, Lectioni vacent: & vſque ad decimam plenam, operentur quod eis iniungitur. In quibus diebus Quadrageſimæ, accipiant omnes ſingulos Codices de Bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant. Qui Codices in Capite Quadrageſimæ dandi ſunt. Antè omnia ſanè deputentur vnus, aut duo Seniores, qui circumeant Monaſterium horis, quibus vacant Fratres lectioni: & videant, nè fortè inueniatur Frater accidioſus, qui vacet otio, aut fabulis, & non ſit intentus Lectioni: & non ſolùm ſibi inutilis ſit, ſed etiam alios extollat. Hic talis ſi (quod abſit) repertus fuerit, corripiatur ſemel, & ſecundò: Si non emendauerit, correctioni Regulari ſubiaceat taliter, vt cœteri metum habeant. Neque Frater ad Fratrem iungatur horis incompetentibus. Dominico die Lectioni vacent: exceptis ijs, qui varijs Officijs deputati ſunt. Si quis verò ità negligens, & deſidioſus fuerit, vt non velit, aut non poſſit meditari, aut legere: iniungatur ei opus, quod faciat, vt non vacet. Fratribus infirmis, vel delicatis talis opera, aut ars iniungatur, vt nec otioſi ſint, nec violentia laboris opprimantur, vt effugentur. Quorum imbecillitas ab Abbate conſideranda eſt.

DE-

DECLARATIO.

Ibi : Credimus vtraque tempora ordinari.

1 DEclaramus horum omnium diſpoſitionem in arbitrio Abbatis eſſe reponendam, tàm quoad Diuina Officia, quàm quoad Lectiones, aliaque exercitia. Qui Abbas omnia, rationabiliter, habita locorum, & temporum conſideratione, diſponat; itaut Eccleſiæ, & Populo ſatisfiat: atque Monachi vltrà quam par eſt minimè grauentur.

Ibi : Vſque ad Kalendas Octobris.

2 INtellige omnes Kalendas incluſiuè; nempe vt incipiamus ipſo feſto die S. Crucis.

Ibi : Lectioni vacent.

3 DIſpenſamus, quòd Monachis noſtris, poſt refectionem primæ menſæ, liceat ire per hortum, aut per Monaſterium, extrà tamen Dormitorium, per ſpatium vnius horæ, animi leuandi cauſa, ità tamen, vt ſine Superioris licentia inuicem non ſocientur. Prælati verò Monaſteriorum noſtrorum ſint faciles ad concedendam eis huiuſmodi licentiam, præſertim in ſolemnitatibus duplicibus (exceptis illis, quę occurrunt in Quadrageſima, & Aduentu) dummodo Lectiones conferant, vel de alijs, quæ ædificationem præſtent, colloquantur. Elapſa

4 Elapſa verò vna hora poſt primam menſam, pulſe-
tur pro dormitione, incipiendo à Paſcha, niſi occurrat menſe Aprilis; quo caſu diſpenſamus, quod præfata dormitio incipiat à Feſto Sanctiſſimi Patris noſtri BENEDICTI, & dormiant Fratres per vnius horæ ſpatium, vſque ad medium Aprilis: inde vſque ad medium Auguſti, duarum horarum: & inde vſque ad Idus Septembris per vnius horæ, vtſupra, ſpatium dormiant. Quo tempore dormitionis, qui non vult dormire, ſeruet ſilentium in Cella, nec illo tempore vagetur per Monaſterium, nec in alijs exercitijs occupetur. Poſt dormitionem verò pulſetur, & dicatur Nona.

Ibi: A Kalendis Octobris.

5 INtellige incluſiuè, videlicet omnes Kalendas illius
menſis includendo. Aduertendum tamen, omni tempore anni, quandò eſt ieiunium de præcepto Eccleſiæ, quod ita diſponantur interualla temporum, vt Fratres hora Nona, vel circa, reficiant.

Ibi: In Quadrageſimæ vero diebus.

6 HOC tempore Prima pulſetur circa ortum ſo-
lis; qua recitata, immediatè dicantur Pſalmi Pœnitentiales cum Litanijs, Graduales, & Officium Defunctorum, quando fit de Feria, iuxtà diſpoſitionem Rubricæ.

7 Spatia verò aliarum horarum, ſcilicet Tertiæ, Sex-
tæ, Nonæ, & Veſperarum, Prælati Monaſteriorum

noſtro-

noſtrorum ſic moderentur, vt hora comeſtionis incidat circa meridiem.

8 Sed aduertendum eſt, quod quando occurrit feſtum duodecim Lectionum in Quadrageſima, poſt Tertiam cantari debet Miſſa de Feſto; & poſt Nonam dicitur Miſſa de Feria.

9 Item in prædicta Miſſa de Feria poſt Agnus Dei, pulſetur ſignum pro Veſperis primum; & quandò Sacerdos dicit Orationes in fine Miſſæ, pulſetur ſecundum.

10 Si verò ſequenti die erit Feſtum duodecim Lectionum, primum ſignũ pulſetur ſtatim poſt eleuationem Dominici Sanguinis: alia verò duo ſigna, vtſupra.

11 Dictis Veſperis, Fratres reficiant. Poſt primam menſam, tranſacta hora vna, vacent lectioni, aut exercitio manuali, prout fuerit ordinatum, vſque ad Completorium. Quod hoc tempore pulſetur paulò antè horam vigeſimam tertiam.

12 Et notandum, quòd quando Fratres debent ire ad exercitium, pulſetur Campana Capituli per ictus diſtinctos tempore congruo; & in Monaſterijs maioribus quinque ictibus pulſetur aliqua ex maioribus Campanis Eccleſiæ; & tunc omnes ſe congregent in locum ad id deputatum, vt audiant à Superiore, qui ibi fuerit, quale exercitium ſit faciendum. Et in principio cuiuslibet exercitij, vnuſquiſque genibus flexis, dicat Aue Maria, vt deuotius opus perficiatur.

13 Quando autem ire debent ad Cellas, vt vacent Orationi, vel Lectioni, Campana Capituli pulſetur extensè congruo tempore.

Item

14 Item Hortamur, quòd quando fit exercitium in loco quieto, & locus, tempus, vel opus ipſum permiſerit, pro ſpirituali ædificatione, legatur aliquid.

De Quadrageſimæ obſeruatione.

CAP. XLIX.

Licet omni tempore vita Monachi Quadrageſimę debeat obſeruationem habere: tamen quia paucorum eſt iſta ſtirtus, ideò ſuademus iſtis diebus Quadrageſimę, omni puritate vitam ſuam cuſtodire, omnes pariter negligentias aliorum temporum his diebus ſanctis diluere. Quoc tunc dignè fit, ſi ab omnibus vitijs nos temperemus, Orationi cum flectibus, lectioni, & compunctioni cordis, atque obſeruatione operam demus. Ergò his diebus augeamus nobis aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtrę: Orationes peculiares, ciborum, & potus abſtinentiam; vt vnuſquiſque ſuper menſuram ſibi indictam aliquid propria voluntate cum gaudio ſancti Spiritus offerat Deo; ideſt ſubtrahat corpori ſuo, de cibo, de potu, de ſomno, de loquacitate, de ſcurrilitate, & cum ſpiritualis deſiderij gaudio ſanctum Paſcha expectet. Hoc ipſum tamen, quod vnuſquiſque offert, Abbati ſuo ſuggerat, & cum eius fiat oratione, & voluntate; quia quod ſine permiſſione Patris ſpiritualis fit, pręſumptioni reputabitur, & vanę glorię, non mercedi. Ergò cum voluntate Abbatis omnia agenda ſunt.

DE-

Digitized by Google

DECLARATIO.

Ibi : Iſtis diebus Quadrageſimæ.

1 HANC Quadrageſimam Declaramus incipere quo ad abſtinentiam huiuſmodi, ſecunda feria poſt Quinquageſimam; itaut feria Secunda, & Tertia ante Cineres, abſtinentia à lacticinijs in omnibus locis ab omnibus Fratribus, Monachis, & Prælatis noſtris inuiolabiliter obſeruetur. Qui contrafeciſſe fuerint conuicti, Prælati integrum Pſalterium recitent toties quoties, cœteri ter ieiunent in terra in pane, & aqua, tribus diebus ſequentibus.

2 Et vt iuxtà Regulam augeamus aliquid ad ſolitum penſum ſeruitutis noſtræ, vltrà Pſalmos Pœnitentiales, Graduales, & Officium Defunctorum, flagellatio, vulgo diſciplina, quæ à noſtris fit omni tempore feria Sexta, fiat tota Quadrageſima, Quarta, & Sexta feria: in Hebdomada verò Sancta, addatur etiam feria Quinta.

3 Similiter à prima Dominica Aduentus incluſiuè, incipimus abſtinere à lacticinijs, & Secunda feria ieiunare vſque ad feſtum Sanctiſſimæ Natiuitatis Domini, Dominicis exceptis. Ideò curent Prælati, vt prædicta ab omnibus inuiolabiliter obſeruentur; & contrà tranſgreſſores ſeueriſſimè animaduertant.

De

De Fratribus, qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.

CAP. L.

FRatres, qui omninò longè ſunt in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit; quia ità eſt, agant ibidem opus Dei, vbi operantur, cum tremore Diuino flectentes genua. Similiter qui in itinere directi ſunt, non eos prętereant horę conſtitutę: Sed, vt poſſunt, agant ſibi, & ſeruitutis penſum non negligant reddere.

DECLARATIO.

Ibi: Flectentes genua.

1 SEruentur in hoc Rubricæ Breuiarij, vt dictum eſt.

De Fratribus, qui non ſatis longè proficiſcuntur.

CAP. LI.

FRatres, qui pro quouis reſponſo proficiſcuntur, & ea die ſperant reuerti ad Monaſterium, non pręſumant foris manducare, etiam ſi à quouis

quouis rogentur; niſi fortè eis ab Abbate ſuo pręcipiatur. Quod ſi aliter fecerint, excommunicentur.

DECLARATIO.

Ibi: Non præſumant foris manducare.

1 Declarando ordinamus, quòd nullus noſtræ Congregationis quantumcumque rogatus, audeat manducare, aut pernoctare in domibus, Poſſeſſionibus, vel Locis quibuslibet Sæcularium, nec in Ciuitatibus, aut in Locis, in quibus habentur Monaſteria, vel Loca noſtra, etiam ſi ſit in itinere conſtitutus, abſque licentia Abbatis, ſeu Superioris. Qui contrafecerit, comedat in terra in Refectorio in pane, & aqua qualibet vice.

De Oratorio Monaſterij.

CAP. LII.

ORatorium hoc ſit, quod dicitur: nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant, & agatur reuerentia Deo: vt Frater, qui fortè ſibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate. Sed ſi alter vult ſibi fortè ſecretiùs orare, ſimpliciter intret, & oret: non in clamoſa voce, ſed in lacrymis, & intentione cordis. Ergo qui ſimile opus non facit, non permittatur, expleto opere Dei, remorari in

rari in Oratorio, ſicut dictum eſt: ne alius impedimentum patiatur.

DECLARATIO.

Ibi: Expleto opere Dei, omnes cum ſummo ſilentio exeant.

1 NISI qui remanere voluerint, vt orationi vacent; nam ſi quis orare volens compelleretur exire, diſtraheretur fortè, & non rediret ad Orationem. Facimus tamen, completo opere Dei, breuem morulam in Choro, vt omnes poſſint Deo ſatisfacere, ſi quid omiſerint de Diuino Officio.

2 Oratio autem mentalis ſingulis diebus per dimidię horæ ſpatium fiat in Choro immediatè ante Primam.

3 Ea autem omni tempore ſic fieri debet. Congregatis Monachis in Choro, antequam incipiatur Prima, facto ſigno à Superiore, omnes Orationi mentali vacent per dimidiam horam. Qua expleta, idem Superior faciat ſignum, & immediatè dicatur Prima.

4 Et quoniam hiſce temporibus laudabilis, ac deuotiſſima inoleuit conſuetudo orandi per quadraginta horarum ſpatium, antè Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Altari expoſitum, eamdem nos quoque ſumma cum deuotione pro viribus ſequi iuſtum eſt. Ideo in Hebdomada Sancta, aut in præcedenti, prout Prælati magis iudicauerint expedire, in Eccleſijs Monaſteriorum noſtrorum Orationem quadraginta horarum inſtituant, & collocent, in qua ſeruentur Cœremo-

remoniæ in Rituali deſcriptæ.

5 Volumus item, quòd non ſolùm expleto opere Dei (vt hìc Regula præcipit) ſed etiam in Choro, in Sacrario, in Dormitorio, in Capitulo, in Refectorio, quod de obſeruantia nuncupatur, in cubiculo ignis communis, & in parte clauſtri circa Capitulum à Prælato præſcribenda, ſemper ſeruetur ſilentium; niſi in dictis locis oporteat aliqua breuiter loqui, & ſummiſſa voce.

De Hoſpitibus ſuſcipiendis.

CAP. LIII.

Mnes ſuperuenientes Hoſpites, tanquàm Chriſtus, ſuſcipiantur, quia ipſe dicturus eſt: Hoſpes fui, & ſuſcepiſtis me. Et omnibus congruus honor exhibeatur; maximè tamen domeſticis fidei, & peregrinis. Vt ergò nunciatus fuerit hoſpes, occurratur ei à Priore, vel à Fratribus, cum omni Officio charitatis: & primitùs orent pariter, & ſic ſibi ſocientur in pace. Quod pacis oſculum non priùs offeratur, niſi oratione præmiſſa, propter illuſiones diabolicas. In ipſa autem ſalutatione omnis exhibeatur humilitas. Omnibus venientibus, ſiuè diſcedentibus Hoſpitibus, inclinato capite, vel proſtrato omni corpore in terra, Chriſtus in eis adoretur, qui & ſuſcipitur.

Math. 25.

Suſcepti autem Hoſpites ducantur ad Orationem: & poſteà ſedeat cum eis Prior, aut cui iuſſerit ipſe. Le-

gatur

gatur coram Hoſpite lex diuina, vt ędificetur: & poſt hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ieiuniam à Priore frangatur propter Hoſpitem: niſi fortè præcipuus ſit ille dies ieiunij, qui non poſſit violari. Fratres autem conſuetudines ieiuniorum proſequantur. Aquam in manibus Abbas Hoſpitibus det: pedes Hoſpitibus omnibus, tàm Abbas, quàm cuncta Congregatio lauet, quibus lotis, hunc Verſum dicant: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio Templi tui. Pauperum autem, & Peregrinorum maximè ſuſceptio omni cura ſollicitè exibeatur: quia in ipſis magis Chriſtus ſuſcipitur. Nam diuitum terror ipſe ſibi exigat honorem. *Pſalm. 47.*

Coquina Abbatis, & Hoſpitum per ſe ſit, vt incertis horis ſuperuenientes Hoſpites, qui nunquam deſunt Monaſterio, non inquietent Fratres. In quam Coquinam ingrediantur duo Fratres ad annum, qui ipſum Officium benè impleant. Quibus, vt indigent, ſolatia adminiſtrentur, vt abſque murmuratione ſeruiant. Et iterùm, quandò occupationem minorem habent, exeant, vbi eis imperatur in opera. Et non ſolùm in ipſis, ſed, & in omnibus Officijs Monaſterij iſta ſit conſideratio, vt quandò indigent ſolatia accommodentur eis: & iterùm, quandò vacant, obediant imperanti. Item, & Cellam Hoſpitum habeat aſſignatam Frater, cuius animam timor Dei poſſideat: vbi ſint lecti ſtrati ſufficienter, & Domus Dei à ſapientibus ſapienter adminiſtretur. Hoſpitibus autem, cui non præcipitur, nullatenus ſocietur, neque colloquatur: Sed ſi obuiauerit, aut viderit, ſalutatis hu-

 militer,

Digitized by Google

militer, vt dictum eſt, & petita benedictione, per-
tranſeat: dicens ſibi, non licere colloqui cum Hoſpite.

DECLARATIO.

Ibi: Superuenientes omnes Hoſpites.

1 ETſi modernis temporibus frequentia Hoſpitum difficultatem generet adimplendi omnia, quæ Textus Regulæ continet: habita tamen diſcretione, & temporum, & Perſonarum conſideratione, facilè ſaltem vtiliora implebuntur.

Ibi: Vbi nunciatus fuerit Hoſpes.

2 OStiarius, viſo Hoſpite, iuxtà qualitatem Perſonæ, & temporum conditionem, aut expectare eum faciat, aut intrà Monaſterium recipiat, notumque faciat Superiori, qui habita ratione Perſonæ, vel per ſe ipſum, vel per vnum ex Superioribus, aut Oſtiarios, ſeu curam Hoſpitum habentes, occurrat, eumque ad Orationem, & pacis oſculum ea ſummiſſione, & reuerentia, quam dignitati perſonæ conuenire cenſuerit, recipiat. Quæ omnia, vt valeant commodiùs fieri, ſit ſacellum, quo adfieri poteſt, iuxtà Portam Monaſterij, quò ad Orationem huiuſmodi Hoſpites introducantur.

Ibi:

Ibi : Adoretur Chriſtus.

3 MEntali ſcilicet Oratione, & deuotione. Et quia conſuetudo omnium penè Religioſorum eſt, quandò occurrunt Hoſpiti prius illum recipere in oſculo pácis, poſtmodum ducere ad Orationem, & ideo inhumanum duci poſſet (præſertim ſi notus eſt) in primo occurſu non exhibere ei oſculum prædictum; Propterea cenſemus, non diſcedere nos à Regulæ præſcripto, ſi in principio oſculum obtulerimus, pręmiſſa tamen Oratione mentali, & etiam dicto exteriùs aliquo quod ad Orationem, vel Dei laudem pertineat; & Hoſpitem ſimilia proferre fecerimus. Puta Deo gratias: Benedictus Deus: & alia huiuſmodi, dummodò poſtea ad Orationem ducatur Hoſpes.

4 Oſculum dicimus amplexum, quem pręſertim Religioſis, & deuotis Perſonis exhibemus. Si verò ob multitudinem, aliquandò ita integrè huiuſmodi Cœremoniæ fieri non poterunt, fiant animo, & mente; aliter ſeruetur Regula.

Ibi : Legatur coram Hoſpite lex Diuina.

5 MAximè laudamus hoc fieri, ſi commodè poſſit, & tempus hoc permiſerit: vt dùm refectio paratur, aliquid Hoſpiti Spirituale dicatur, habito reſpectu ad Perſonæ qualitatem. At ſaltem non omittatur, quin ad Menſam Hoſpiti legatur aliquid iuxtà conditionem Perſonæ, vt ædificetur.

Digitized by Google

Ibi: Pedes Hoſpitibus, &c.

6 HÆC ſolemnis ablutio pedum, præcipuè exhibetur ijs, qui conuerſionis deſiderio ad noſtra Monaſteria veniunt. Aliquandò ijs etiam, qui deuotionis gratia longo itinere Monaſteria noſtra viſitant, aut alijs honeſtis cauſis, ſicut Patribus Monaſterij viſum fuerit.

7 Laudamus etiam hanc ablutionem fieri maximè Perſonis, vnde magis ædificatio ſequi poſſit, & augmentum deuotionis ergà Religionem.

8 Ipſa autem ablutio ità fit. Conuenientibus Monachis in Capitulum, aut alium in locum, ſicut decet, Prælatus, & in eius abſentia Prior Clauſtralis, genibus flexis antè Hoſpitem, pedes eius lauet; quos dum incipit lauare, mox duo Monachi in medio eiuſdem loci incipiant aliquid cantare, quod deuotionem excitet: & dicto primo Verſu, cœteri diuiſis Choris, genuflexi verſus Hoſpitem, eumdem Verſum cantando reſpondeant: quem etiam poſt ſingulos Verſus, quos illi duo cantando proſequuntur, repetant. Cum verò Superior ambos pedes lauerit, tergat primò pedem ſiniſtrum, deinde dextrum, quem terſum cooperat linteo, excepta parte quadam, quam ipſe primò oſculetur. Et ſic ſucceſſiuè Monachi omnes Hoſpiti pedem oſculentur, incipiendo à Superiore, & ſubſequendo per ordinem vtriuſque Chori. Hoc modo dicuntur omnes lauare pedes Hoſpitis, cum ibi eius cauſa aſſiſtant.

9 Completa deoſculatione, calceatiſque pedibus Hoſpitis,

Digitized by Google

Hoſpitis, Superior ſtatim ſurgat, & omiſſo à Monachis cantu, incipiat Verſum: Suſcepimus Deus &c. Reſpon. In medio Templi tui. Pater noſter, ſecretò. Verſum: Et ne nos inducas &c. Reſpon. Sed libera nos &c. Verſ. Saluum fac ſeruum tuum. Reſpon. Deus meus ſperantem in te. Verſ. Mitte ei Domine Auxilium de Sancto. Reſpon. Et dę Sion tuere eum. Verſ. Eſto ei Domine Turris fortitudlnis. Reſpon. A facie inimici. Verſ. Nihil proficiat &c. Reſpon. Et filius &c. Verſ. Domine non ſecundum &c. Reſpon. Neque ſecundum &c. Verſ. Dominus Vobiſcum. Reſpon. Et cum Spiritu tuo. Oratio. Actiones noſtras, quæſumus Domine &c. Oratio. Famulorum tuorum &c. Oratio. Interceſſio nos, quęſumus Domine Beati Patris Noſtri BENEDICTI &c.

10 Poſteà mandet fieri breuem Orationem pro Hoſpite, & facto ſigno, dataque benedictione, omnes (exceptis habentibus curam Hoſpitum, ſi quos retinere voluerit Pręlatus pro obſequio Hoſpitis) pergant cum ſilentio ad Cellas ſuas.

11 Cœteris autem Hoſpitibus, maximè qui de longè venerint, vel qui aliàs in Monaſterio non fuerint hoſpitati, ſicut opus fuerit, habentes curam hoſpitum, lauent pedes.

12 Quod ſi multitudo non ſineret ablutionem fieri, aut alia cauſa vrgentior impediret, faciant quomodò poſſunt, ſcientes ſe multam retributionem à Domino recepturos, ſi iuxtà Regulam fecerint: & è contrariò, pœnam, ſi ex negligentia omiſerint.

13 Monachis autem noſtris quauis de cauſa per Mo-

naſteria noſtra tranſeuntibus, vt diſciplina Regularis, quantum fieri poteſt, vbique ſeruetur, ordinamus, quòd poſt duas ad plus in hoſpitio refectiones, communem vitam ſequi debeant, Diuiniſque interſint Officijs, & Capitulo Culparum, haud ſecùs, ac ſi ibi Conuentuales eſsent, niſi fortè ſint debiles, & infirmi, aut negotijs occupati. Quod Prȩlatorum diſcretioni relinquimus.

14 Si qui verò legitimo impedimento detenti in aliquo Monaſterio commorabuntur, nec inde ad ſua Monaſteria ſe conferre poterunt; non poſſit Monaſterium illud aliquid petere pro expenſis cibarijs. Si autem ob infirmitatem: ſeruetur quod ſuprà ſtatutum eſt in cap. 36. num. 7. Si verò ob negotia quis moram trahere coactus fuerit: Prȩlati inter ſe componant in omnibus cum manſuetudine, & diſcretione, habita ratione Perſonȩ, loci, temporis, & negotij.

15 In ſuſcipiendis autem Hoſpitibus prohibeant Prȩlati vanos apparatus in ornandis ſcilicet cubiculis, aut menſis, aut huiuſmodi, maxima cum pretioſi temporis iactura, & forſan nulla cum vtilitate, niſi fortè Hoſpitis ſuſcipiendi dignitas hoc exigeret. Si autem fuerint familiares, ac domeſtici, ducantur maiori cum familiaritate ad refectionem ordinariam in Refectorio cum Conuentu.

16 Monachi verò noſtri hoſpites in Diuinis Officijs poterunt ſe cum illius Monaſterij Conuentualibus conformare. Qui non mittantur à Prȩlatis ſuis ad alia Monaſteria, iuxtà Regulam, ſine literis comendatitijs; conferantque cum illius Monaſterij Superiore

nego-

Digitized by Google

negotia, quorum cauſa illùc aduenerint; & ſub illius obedientia ſint, & correctione.

17 Caueant autem ne diebus Feſtis negotia pertractent, aut equitent, niſi maxima vrgente neceſſitate. Et modeſtè (vt decet Religioſos, ſe habeant in hoſpitijs Sęcularium, ne ipſis ſcandalum prębeant; Et contentiones omninò deuitent.

18 Et ne conuerſatione Sęcularium hominum, pacem, & quietem Fratrum noſtrorum perturbari contingat: Statuimus, quòd nullus Sęcularis (cuiuslibet ſtatus, aut conditionis exiſtat, etiamſi aliqua cognatione, & affinitate alicui ex noſtris Monachis fuerit coniunctus) ad habitandum longo tempore in Monaſterijs noſtris, vt Sęcularis, ſuſcipiatur; etiam ſub prętextu cuiuſcumque Donationis, Teſtamenti, Legati, vel alia quauis occaſione commodi temporalis, ſine licentia Capituli Generalis, vel Regiminis. Quod tamen non intelligimus de Factoribus, Procuratoribus, & alijs Famulis Sęcularibus Monaſteriorum noſtrorum.

Si debet Monachus Litteras, vel Elogia ſuſcipere.

CAP. LIV.

NVllatenus licet Monacho, nec à parentibus ſuis, nec à quoquam hominum, nec ſibi inuicem Litteras, aut Eulogia, vel quælibet

munu-

munuſcula accipere, aut dare, ſine præcepto Abbatis ſui. Quod ſi etiam à parentibus ſuis ei quidquam directum fuerit, non præſumat ſuſcipere illud, niſi priùs indicatum fuerit Abbati. Quod ſi iuſſerit ſuſcipi, in Abbatis ſit poteſtate, cui illud iubeat dari. Et non contriſtetur Frater, cui fortè directum fuerat; vt non detur occaſio Diabolo. Qui autem aliter pręſumpſerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat.

DECLARATIO.

Ibi. Qualibet munuſcula.

1 QVIA ex huiuſmodi munerum largitione, & receptione, tanquàm proprietatis incitamento, ſæpe inordinata oritur affectio, & complacentia in Fratribus: qui cum nihil habeant, nec habere debeant, munera accipere, & dare non metuunt. Ideò mandamus noſtræ Congregationis Fratribus, quòd ſibi inuicem nullatenus dent munuſcula iuxſta Regulam, nec etiam ab alijs quibuſcumque, aut aliundè ſibi directa accipiant ſine Prælati ſpeciali licentia.

2 Sed nec ipſi Abbates Fratribus aliorum Monaſteriorum munuſcula mittant, niſi fortè à Prælatis dictorum Fratrum fuerint requiſiti.

Ibi:

Ibi. Literas.

3 SI qua vtili, & honeſta cauſa volunt Noſtri literas ſcribere, obtenta prius à Superiore licentia ſcribant; deinde literas apertas deferant Prælatis, ab ipſis omnino legendas, & ſubſcribendas. Et ſimiliter, qui ipſas recipiunt, antequam eas, legant, teneantur clauſas Prçlato ſuo præſentare; quas volumus omninò, & iubemus, vt à Prælato, vel Superiore legantur; & ſi eis videbitur, illis, quibus directæ ſunt, reddant. Cui quoque ordinationi volumus, & Abbates Titulares omninò eſſe ſubiectos.

4 Niſi fortè Congregationis ſigillo, cui ineſt, Pax, eſſent ſignatæ; Has enim nec à Prælato, nec à Conuiſitatore, nec à P. Præſidente, nec à quouis alio aperiri permittimus, niſi ab ijs duntaxat, quibus diriguntur, vel de eorum voluntate, excepto caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis. Qui autem contrafecerit, ſi fuerit Præſidens, vel Conuiſitator, aut Prælatus, tribus primis ferijs ſequentibus, ieiunet in pane, & aqua ſecretò. Si vero aliquis ex Monachis fuerit, ieiunet pariter in prædictis tribus diebus in pane, & aqua, in terra in Refectorio; nec ab aliquo diſpenſari poſſit, niſi in caſu grauiſſimæ infirmitatis.

5 Sub eadem quoque pœna diſtrictè prohibemus, quod nemo literas P. Præſidenti, Diffinitoribus, aut Viſitatori cuilibet, vel Regimini intrà annum directas, niſi de voluntate eorum, ad quos diriguntur, aperire præſumat. Quod ſi quis de huiuſmodi errore

con-

conuictus fuerit; ſi quidem literę fuerint munitæ ſigillo, Pax, vltrà prædictam pœnam, ſtet degradatus per menſem. Quòd ſi Prælatus fuerit, dicat ex ordine totum Pſalterium, & ieiunet ter in pane, & acqua ſecretò. Si autem non fuerint munitæ ſigillo Pax, ſtet degradatus per quindecim dies; & ſi Prælatus fuerit, dicat Pſalmos Pœnitentiales, & ieiunet, vt ſupra.

6 Eiſdem quoquè pœnis Prælatos, & Noſtros quoſcumque, qui literas etiam priuatis ſigillis munitas, vel cuicumque directas, intercipere, ſeù aperire præſumpſerint, ſubiacere decernimus: Seruatis tamen, quæ in præcedenti numero 3. ſtatuuntur de literis, quas ſcribunt, & recipiunt Fratres.

7 Præter caſus prędictos, illi qui ſine licentia Prælati ſeù ſcripſerint, aut literas ad ſe directas legerint, quoties contrauenerint, toties ieiunent in pane, & aqua in Refectorio, nec aliter diſpenſari poſſint.

8 Mandamus autem Viſitatoribus, vt hanc ordinationem ſeruent, & Prælati obſeruare faciant.

9 Quicumque verò ex noſtra Congregatione, etiam ſi fuerint Oſtiarij, vel Hoſpites deferentes literas, vel munuſcula, Prælato ea ſtatim præſentent; & nihil dicant, nec quibus diriguntur, nec alijs. Contrafacientes dicant ſuam culpam in Capitulo, & comedant in terra in Refectorio.

De

De Veſtimentis, & Calceamentis Fratrum.

CAP. LV.

VEſtimenta Fratribus, ſecundum locorum qualitatem, vbi habitant, vel aerum temperiem, dentur: quia in frigidis Regionibus, ampliùs indigetur, in calidis verò minùs. Hæc ergò conſideratio penes Abbatem ſit. Nos tamen mediocribus locis ſufficere credimus Monachis, per ſingulos, Cucullam, & Tunicam: Cucullam in hyeme villoſam, in æſtate puram, aut vetuſtam, & ſcapulare propter opera. Indumenta pedum, Pedules, & Caligas. De quarum rerum omnium colore, aut groſſitudine non cauſentur Monachi: ſed quales inueniri poſſunt in Prouincia, qua degunt, aut quod vilius comparari poteſt.

Abbas autem de menſura prouideat, vt non ſint curta ipſa veſtimenta vtentibus eis, ſed menſurata. Accipientes noua, vetera ſemper reddant in præſenti, reponenda in Veſtiario; propter pauperes. Sufficit enim Monacho duas Tunicas, & duas Cucullas habere propter noctes, & propter lauare ipſas res. Iàm quod ſupra fuerit, ſuperfluum eſt, & amputari debet. Et pedules, & quodcumque eſt vetuſtum, reddant, dum accipiunt nouum. Femoralia ij, qui diriguntur in via, de Veſtiario accipiant, qui reuertentes lota ibi reſtituant. Et Cucullæ, & Tunicę ſint aliquantò ijs,

quas

quas habere ſoliti ſunt, modicè meliores, quas exeuntes in viam, accipiant de Veſtiario, & reuertentes reſtituant.

Stramenta autem Lectorum ſufficiunt Matta, Sagum, Lena, & Capitale. Quæ tamen lecta frequenter ab Abbate ſcrutanda ſunt: propter opus peculiare, ne inueniatur. Et ſi cui inuentum fuerit, quod ab Abbate non acceperit, grauiſſimæ diſciplinę ſubiaceat. Et vt hoc vitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab Abbate omnia, quę ſunt neceſſaria, ideſt Cuculla, Tunica, Pedules, Caligę, Bracile, Cultellus, Graphium, Acus, Mappula, Tabulę: vt omnis auferatur neceſſitatis excuſatio. A quo tamen Abbate ſemper conſideretur illa ſententia Actuum Apoſtolorum: Quia dabatur ſingulis, prout cuique opus erat. Ità ergò, & Abbas conſideret infirmitatem indigentium, & non malam voluntatem inuidentium. In omnibus tamen iudicijs ſuis, Dei retributionem cogitet.

Act. 4.

DECLARATIO.

Ibi: De quarum rerum omnium colore.

1 PRopter hanc cauſam in ſtatu Monaſtico varius inoleuit mos, & veſtium color. Nos autem vtimur colore nigro, B. Patrem BENEDICTVM ſectantes, qui nigro vſus eſt colore.

2 Idcircò ordinamus, quòd omnes Congregationis noſtræ Monachi vniformiter eadem qualitate nigrorum

rum pannorum, quò ad fieri poteſt, veſtiantur. Et hoc intelligimus de Cucullis, Scapularibus, Tunicis, Lacernis, Biretis, & Manicis, quæ omnino debent eſſe nigri coloris.

3 De alijs veſtimentis interioribus ſtatuimus, quòd ſint alba, vel nigra, vel ferruginea, vel ſubalba; nec Vllus alio colore vtatur omninò in quouis veſtium genere, etiamſi occultiſſimè deferri poſſent. Caligas autèm, & pedules, albi volumus eſſe coloris. Et in prædictis veſtibus, ſeruetur eadem penitus æqualitas, & vniformitas in omnibus, & cum omnibus. Caueant inſuper omnes à cingulis ſericis, ſed omninò vtantur cingulis ex corio confectis.

4 Eadem etiam vniformitas ſeruetur in tonſura; ità vt omnes Monachi iuxta laudabilem Congregationis noſtrę conſuetudinem radantur; vel ſaltem qui habet aliquam infirmitatem, de licentia ſui Prælati ita cuti tenus capillos ſibi tondere faciat, vt raſus omnino appareat, ſtudeatque barbam, & caput æquè tonderi; Qui contrafecerit grauibus pœnis afficiatur.

Ibi. Quod vilius comparari poteſt.

5 Diligenter attendatur hęc particula Regulæ, nam cum dicit (quod vilius) omnem mollitiem, & pretioſitatem, habitumque delicatum excludit. Quod procul dubio non modo prò veſtibus, ſed pro omnibus rebus, quibus tum ad neceſſitatem, tum ad corporis commodum vtimur, eſt accipiendum.

6 Ideo tam ſalubribus Regulæ monitis adherentes

inuio-

inuiolabiliter ſtatuimus, vt omnes de Congregatione Noſtra, tam Prælati, quam alij diligenter aduertant, quòd in pretio, aut uſu Equorum, ſcandalo, aut admirationi non ſint ſæcularibus alijſque quibuſcumque Perſonis.

7 Ephippia etiam, Phaleræque eorumdem, iuxta Clementinam Ne in agro, non ſint, niſi quantum neceſſitas expoſcit, aliquo ornamento munita. In vehiculis quoque vitetur omnino luxus, & ſuperfluitas. Pallia verò ſint de raſcia, vel de panno, ſecundùm conſuetudinem Congregationis Noſtræ, non Laycorum more exornata, ſed quæ ſecundùm Regulam viliùs, & vtiliùs comparari poſſunt. Pilei quoque ſint lanei, & decentis formæ. Qui aliter fecerint, priuentur illis, & puniantur.

8 Vitetur curioſitas, & prætioſitas in cultellis, tabulis, calcaribus, ocreis, & omnibus rebus, quibus vtimur: conſiderato, quod Regula Monachum monet qualibet vilitate, & extremitate eſſe contentum.

9 Ordinamus autem Prælatis, quatenus viſa indigentia cuiuſque Monachi, vel Commiſſi, ex Inuentario (de quo infrà num. 18.) determinent cum omni charitate, ac paterna benignitate; quæ veſtimenta ſingulis danda erunt, eaque in Libris Veſtiarij, deſcripta, curent quam primum dari conſuta, & perfecta: non autem pecunias pro ipſis, niſi in aliquo caſu neceſſitatis.

Ibi:

Digitized by Google

Ibi: De Menſura.

10 IN Menſura Veſtium ſeruetur conſuetudo noſtra; non de parua,ſed de notabili differentia curantes.

11 Itaque Cucullæ ſint longæ vno digito à terra: Manicæ longæ vltrà manum extenſam per dimidium brachij, largæ verò per tres quartas cum dimidio.

12 Tunicæ verò ſint talares, & iuxta Clementiam circumquaque clauſæ, manicæ Tunicarum ità large; vt poſſint capere altera pugillum. Tunioellæ verò lanceæ per vnam quartam à terrb protendantur.

13 Scapularia Monachorum ſint eiuſdem longitndinis, ac tunica, lataque ſecundum latidudinem raſciȩ. Scapularia Nouitiorum ſint ſtricta, & breuia, itaut non protendantur vltra genua.

14 De Caputijs autem ordinamus, quod in quolibet Monaſterio habeatur forma à Capitulo conſtituta, quam omnes ſequantur.

15 Tunicæ Commiſſorum ſint aliquantulum ſuper collum pedis: & ſimiliter pallia, quæ circumcluſa ſint, à lateribus tantum aperta vt brachia poſſint extrahere.

16 Color veſtium extrinſecarum Commiſſorum ſit rauus, ſeu ſubniger ſemper, vniformis, quantum haberi poſſit. Veſtes autem interiores ſint albi, vel nigricantis coloris. Pallia quoque ipſorum, & Tunicæ ſint ad arbitrium Prælati ex Panno, aut ex Raſcia.

17 Omnes porrò accipientes noua, intra octo dies lota, & munda omnino reſtituant vetera, ſecundum Regulam. Contrafacientes dicant ſuam culpam in

Digitized by Google

Capitulo: & comedant ſemel in pane, & aqua in Refectorio, atque priuentur rebus nouis, quouſque reſtituant vetera.

Ibi. Duas Tunicas.

18 ORdinamus, quòd ſingulis annis poſt regreſſum Prælati à Capitulo, omnes conficiant Inuentarium Veſtium quarumcumque, quas habent: appoſita qualitate, an veteres, vel nouæ ſint: ibique ſubſcribant, quibus veſtibus indigent; ſcriptumque hoc Prælato conſignent; qui, vnius cuiuſque indigentia conſiderata, omnibus rationabiliter prouideat: itaut ſupeflua amputentur, & neceſſaria abundè, qua decet charitate, ſubminiſtrentur; ſeruato in omnibus veſtium generibus, tali moderamine, vt neque ob luxum, ſcandali prebeatur occaſio, neque ob ſordes, aut fracturam, Monaſtica grauitas in contemptum deueniat.

Ibi. Quæ tamen lecta.

19 PRO obſeruantia huius textus Prælati omninò prohibeant ornamenta circa lectiſternia, & parietes in Cellis Monachorum, & præſertim picturas prophanas, ſpecula, ſcrinia etiam, & horologia magni valoris, aliaque huiuſmodi ſuperflua, & pretioſa Monaſticæ paupertati contraria. Viſitent autem prędictas Cellas ſcrupoloſè, aut viſitari faciant, ter vel quater in anno. Et ſi quid ibi ſuperfluum aut Reli-

gioſo

gioſo ſtatui non conueniens, vel quod ipſi non conceſſerint, inuenient, auferri omnino faciant, & in Monaſterij commodum conuertant, ac inſuper ſalutares pœnitentias ijs, qui ſic deliquerint, imponant. E contra ſi quid neceſſarium ibi de eſſe repererint, omninò cum omni charitate prouideant, & largiantur; æquè enim neceſſitati ſubueniendum, ac ſuperfluitati conſulendum eſt: vt omnes proprietatis radices, & neceſſitatis occaſiones amputentur.

20 Et cum Monachis vſus lineorum interdicatur, lineis vti camiſijs penitùs inhibemus, niſi ex legitima cauſa, Medicorum conſilio, & Prælati iudicio probanda oporteat diſpenſari, ſuper quo ipſorum Prælatorum conſcientiam oneramus. Permittimus tamen ſuper ſagum, aut mattam pannis lineis vti, qui poſſint remoueri, & ablui propter mundiciem.

21 Liceat etiam ſuper ſedilia, aut tabulas, vel genuflexoria teneri pannum viridem lineum, ſiue laneum: qui tamen prohibetur circà lectiſternia, aut à parietibus pendens.

†

De Menſa Abbatis.

CAP. LVI.

MEnſa Abbatis, cum Hoſpitibus, & Peregrinis ſit ſemper. Quoties tamen minùs ſunt Hoſpites, quos vult de Fratribus vocare in ipſius ſit poteſtate. Seniorum autem vnum, aut duos, ſemper cum Fratribus dimittendos procuret propter diſciplinam.

DECLARATIO.

Ibi: Quoties minus ſunt Hoſpites, quos vult.

1 VEL ſi eligit in Refectorio cum Fratribus, magis laudamus.

De Artificibus Monaſterij.

CAP. LVII.

ARtifices ſi ſunt in Monaſterio cum omni humilitate, & reuerentia faciant ipſas artes: Si tamen iuſſerit Abbas. Quod ſi aliquis ex eis extollitur pro ſcientia artis ſuæ, eo quod videatur aliquid conferre Monaſterio: hic talis euellatur ab ipſa arte, & denuò per eam non tranſeat, niſi fortè humiliato ei iterùm Abbas iubeat. Si quid verò ex operi-

bus

Digitized by Google

bus artificum venundandum eſt, videant ipſi, per quorum manus tranſigenda ſunt: ne aliquam fraudem præſumant inferre. Memorentur Ananiæ, & Saphiræ: Ne fortè mortem, quàm illi in corpore pertulerunt, hanc iſti, vel omnes, qui aliquam fraudem de rebus Monaſterij fecerint, in anima patiantur. In ipſis autem pretijs non ſurripiat auaritiæ malum; ſed ſemper aliquantulum viliùs detur, quàm à Secularibus datur: vt in omnibus glorificetur Deus.

DECLARATIO.

Ibi: Artifices ſi ſunt in Monaſterio.

1 HOrtamur Prælatos, ne facile eximant ſuos ſubditos propter eorum artes à Diuino Officio, à communibus exercitijs, & aliorum obſeruantia, niſi animæ, vel corporis ſaluti neceſſarium eſſe duxerint, vel aliqua interceſſerit neceſſitas, ob quam ſic expedire iudicauerint. Nihil autem de quauis arte in Monaſterio exercita vendatur, ſine Prælati licentia.

2 Illicitæ autem negotiationes, vtpotè magna proprietatis incitamenta, omnino vitentur. Quòd ſiquis huic vitio deditus reperiatur, & coram Prælato ſuo, vel Viſitatoribus in actu Viſitationis (ſeruatis, quæ ſupra de proprietarijs cap. 33. num. 10. ſtatuuntur) conuictus fuerit exercere per ſe, vel per alios, quod abſit, huiuſmodi negotiationes, ſi fuerit Abbas, in proxima Dieta ſuſpendatur, vel in Capitulo Generali

pro qualitate exceſſus deponatur. Si autem Abbas Titularis, Prior, aut Decanus, vltra depoſitionem detrudatur in carcerem, in quo maximè retinendi ſunt Monachi, & Commiſſi de huiuſmodi vitio conuicti: non liberandi niſi de conſenſu Diffinitorum, vel Regiminis. Pecuniæ verò, & alia quæcumque bona in ſupradictis negotiationibus acquiſita, Monaſterijs eorum Profeſſionis eo ipſo applicata cenſeantur.

3 Nullus etiam audeat imprimere, vel imprimi facere noua ſua opera, vel alterius, niſi prius obtenta licentia à Capitulo Generali, & ab Officio Sanctæ Inquiſitionis, iuxtà Concilium Tridentinum. Qui contrauenerit, carceri mancipetur: vlteriùs pro delicti qualitate grauiter puniendus. Nec audeat quiſquam nouos libros in Monaſterium introducere, niſi de licentia Abbatis; quem volumus, vt omninò huiuſmodi libros diligenter inſpiciat, & conſideret, antequam licentiam concedat. Contrafacientes grauiter puniantur, ipſiſque libris priuentur.

De diſciplina ſuſcipiendorum Fratrum.

CAP. LVIII.

NOuiter veniens quis ad conuerſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus; Sed ſicut ait Apoſtolus: Probate Spiritus, ſi ex Deo ſunt. Ergò ſi veniens perſeuerauerit pulſans, & illatas ſibi iniurias,

Digitized by Google

rias, & difficultatem ingreſſus, poſt quatuor, aut quinque dies, viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ: annuatur ei ingreſſus, & ſit in Cella Hoſpitum paucis diebus. Poſtea ſit in Cella Nouitiorum, vbi meditetur, & manducet, & dormiat. Et Senior ei talis deputetur, qui aptus ſit ad lucrandas animas: & qui ſuper eum omninò curioſè intendat, & ſolicitus ſit, ſi verè Deum quærit, & ſi ſolicitus eſt ad opus Dei, ad obedientiam ad opprobria. Prædicentur ei omnia dura, & aſpera, per quæ itur ad Deum. Et ſi promiſerit de ſtabilitatis ſuæ perſeuerantia, poſt duorum menſium circulum legatur ei hæc Regula per ordinem, & dicatur ei; Ecce Lex, ſub qua militare vis; ſi potes obſeruare, ingredere: Si verò non potes, liber diſcede. Si adhuc ſteterit, tunc ducatur in ſupradictam Cellam Nouitiorum, & iterùm probetur in omni patientia. Et poſt ſex menſium circulum relegatur ei Regula; vt ſciat, ad quod ingrediatur. Et ſi adhuc ſtat poſt quatuor menſes, iterum relegatur ei eadem Regula. Et ſi habita ſecum deliberatione promiſerit ſe omnia cuſtodire, & cuncta ſibi imperata ſeruare, tunc ſuſcipiatur in Congregatione ſciens lege Regulæ conſtitutum, quod ei ex illa die non liceat egredi de Monaſterio, nec collum excutere de ſub iugo Regulę, quam ſub tàm moroſa deliberatione licuit ei recuſare, aut ſuſcipere.

Suſcipiendus autem, in Oratorio coram omnibus promittat de ſtabilitate ſua, & conuerſione morum ſuorum, & obedientia, coram Deo, & Sanctis eius, vt ſi aliquandó aliter fecerit, ab eò ſe damnandum

 ſciat,

ſciat, quem irridet. De qua promiſſione ſua, faciat petitionem ad nomen Sanctorum, quorum Reliquiæ ibi ſunt, & Abbatis præſentis. Quam petitionem manu ſua ſcribat, aut certè ſi non ſcit literas, alter ab eò rogatus ſcribat. Et ille Nouitius ſignum faciat, & manu ſua eam ſuper Altare ponat. Quam dùm poſuerit, incipiat ipſe Nouitius mox hunc Verſum: Suſcipe me Domine ſecundum eloquium tuum, & viuam, & non confundas me ab expectatione mea. Quem verſum omnis Congregatio tertiò reſpondeat, adiungentes. Gloria Patri, &c. Tunc ipſe Frater Nouitius proſternatur ſingulorum pedibus, vt orent pro eò; & iam ex illa hora in Congregatione reputetur. Res ſi quas habet, aut eroget priùs pauperibus, aut facta ſolemniter donatione, conferat Monaſterio, nihil ſibi reſeruans ex omnibus, quippe qui ex illo die nec proprij corporis poteſtatem ſe habiturum ſciat. Mox ergò in Oratorio exuatur rebus proprijs, quibus veſtitus eſt, & induatur rebus Monaſterij. Illa autem veſtimenta, quibus exutus eſt, reponantur in Veſtiario conſeruanda, vt, ſi aliquando, ſuadente diabolo, conſenſerit, vt egrediatur de Monaſterio (quod abſit) tunc exutus rebus Monaſterij proijciatur. Illam tamen petitionem, quam deſuper Altare Abbas tulit, non recipiat; ſed in Monaſterio reſeruetur.

†

DECLARATIO.

Ibi : Nouiter veniens.

1 IDEO ordinamus, quòd nullus veniens recipiatur ad ingreſſum Religionis ſine conſenſu maioris partis Seniorum, computata voce Prælati. His tamen ſeruatis, vt de vita, natalibus, moribus, & literatura, alijſque qualitatibus Nouitiorum, antequam ſuſcipiantur, diligenter inquirant Abbates, & Superiores ſingulorum Monaſteriorum, in quibus poſtulauerint recipi.

2 Si qui autem Nouitij, prædictis omnibus non obſeruatis, fuerint ad probationem recepti, ad propria remittantur. Et Prælati, qui eos ſuſceperint, grauiter arbitrio Regiminis puniantur. Prætereà aduertatur, quod ſi aliqui mutilati, claudi, ſtrabones, illegitimi, aut aliquo alio corporali defectu vitiati, ad probationem ſuſcipi peterent: non prius ſuſcipiantur, quam vniuerſo Conuentui, & Monachis in Capitulo fuerint propoſiti, ne poſſit poſtmodum profeſſionis tempore tale eis vitium obijci. De cœtero non veſtiantur vllo modo niſi qui (præter alia requiſita in Decretis Clementis Octaui) linguam latinam perfectiſſimè calleant, ſintque idonei ad ſtudia ſuperiorum facultatum.

3 Pro Nouitiorum verò receptione ad probationem, profeſſionemque emittendam, deputamus infraſcripta Monaſteria, in quibus exacta obſeruantia viget, videlicet,

In

In Prouincia Sicula, Monaſteria S. Martini Panormi, S. Placidi Meſſanæ, S. Nicolai Catanæ, & Sanctę Mariæ Montis Regalis. In Prouincia Neapolitana, Monaſteria S. Benedicti Montis Caſini, S. Seuerini Neapolis, Sanctiſſimæ Trinitatis Cauæ, S. Angeli de Caueoſo, S. Laurentij de Auerſa. In Prouincia Romana, Monaſteria S. Petri Peruſij, Sanctæ Scholaſticę Sublaci, S. Vitalis Rauennæ, S. Benedicti Ferrariæ, S. Mariæ Ceſenæ, S. Proculi Bononiæ. In Prouincia Etruſca, Monaſteria S. Mariæ Florentiæ, SS. Floræ, & Lucillæ Aretij, S. Eugenij Senarum. In Prouincia Lombarda, Monaſteria S. Benedicti de Padolirone, S. Ioannis Parmæ, S. Sixti Placentiæ, S. Petri in Glaſſiate, S. Simpliciani Mediolani, S. Saluatoris Papiæ, & S. Petri Mutinæ. In Prouincia Veneta Monaſteria S. Georgij Venetiarum, S. Iuſtinæ Patauij, S. Mariæ Prataleæ, & S. Fauſtini de Brixia. In quibus tantummodò præfatis Monaſterijs Nouitiatus fieri, & aliorum Monaſteriorum nomine, Nouitios ad probationem, profeſſionemque emittendam recipi decernimus, & ordinamus. Qui Nouitij alendi, ac veſtiendi erunt ſumptibus, & expenſis illorum Monaſteriorum, quorum nomine profeſſionem emittent. Emiſſa autem eorum profeſſione, conueniant Prælati inter ſe vel de cambio, vel de contributione pro eorum alimentis.

Ibi:

Ibi: Poſt quatuor, aut quinque dies.

4 DEclaramus, quòd Nouitius ſtet, antequam detur ei habitus Nouitialis, per quindecim dies cum ſuis veſtibus ſæcularibus; vt interim poſſint eius mores conſiderari ab omnibus: plus enim vident oculi, quam oculus. Quibus diebus ſtet in Cella ſub cura Magiſtri Nouitiorum.

Ibi: Manducet, & dormiat.

5 IVxta hodiernam conſuetudinem cenſemus in hoc à Regulæ pręſcripto nos non diſcedere, ſi Nouitij in Refectorio comedant ſimul cum Monachis, ſed in menſa ſegregata ab eis, vbi commodè videri poſſint, & dormiant in Dormitorio Nouitiatus.

Ibi: Liber diſcede.

6 QVI Nouitius ſi diſceſſerit, aut fuerit expulſus, ab alio Monaſterio non recipiatur abſque participatione Pręlati, à quo reiectus fuit, necnon Capituli Generalis, ſiue Regiminis licentia: & tunc per annum probetur, antequam profiteatur.

7 Quando Nouitius aliquis eſt reiectus à Conuentu, vltrà in Monaſterio permanere non permittatur.

8 Determinata itaque per Pręlatum, & Seniores Nouitij receptione, abluantur ei pedes in Capitulo per Patrem Monaſterij, aſtantibus Monachis, vt dictum

eſt

Digitized by Google

eſt in Cap.53. de Hoſpitibus ſuſcipiendis, & induatur veſtimentis Religioſis. Sequenti mane ad Miſſam, ſtatim poſt communionem Sacerdotis, & Conuentus, quando fit Communio Generalis, ad Altare maius ab ipſo Abbate detur ei habitus Nouitialis, palliolum videlicet, & ſcapulare breue.

Ibi : Suſcipiatur in Congregatione.

9 PRæuijs tamen Capituli Generalis licentia, & diligenti Viſitatorum in actu Viſitationis examine, ac etiam Magiſtri Nouitiorum fideli relatione de profectu, cæteriſque Nouitij qualitatibus, vt quantum ipſe ad Religionem ſit aptus, conijci poſſit, nec non præuio, (antequàm proponatur Conuentui, ſi recipi debeat) maioris partis Seniorum conſenſu, computata voce Prælati. Qui Seniores hoc caſu, quatuor ad minus vocentur, ſupplendo ex maturioribus, ſiue Titularibus, ſi huiuſmodi numerus deeſſet, nec tamen, habita licentia, & conſenſu præfatis, recipiatur, niſi duæ ex tribus partibus Conuentus conſentiant, ſecundùm Priuilegia noſtra.

10 Hoc ſtrictè mandantes, vt nullus ea, quæ in Capitulo dicta de Nouitio fuerint (quæ maximè ſcandalum generare poſſent) ipſi, aut alijs audeat reuelare. Si quis verò contrafecerit, dicat ſuam culpam in Capitulo, & comedat in terra in pane, & aqua in Refectorio.

11 Et vt liberiùs, & cum pacis conſeruatione, omnia procedant, volumus, quòd ſi fuerit in Conuentu aliquis

Digitized by Google

quis dicti Nouitij conſanguineus, vſque ad tertium gradum excluſiuè, etiam ſi ipſius Monaſterij Prælatus fuerit, tempore eiuſmodi diſcuſſionis, à Capitulo exeat, vt liberiùs, alij, quid de ipſo Nouitio ſentiant, loqui poſſint. In præſtando autem ſuffragio ſuo, ſicut & cœteri, Capitulo interſit.

12 Eadem quoque ratione, idem de Magiſtro Nouitiorum cenſemus; vt videlicet expoſita relatione Superioribus, exeat, ſicuti etiam à Capitulo, quando de Nouitio tractabitur; reuerſurus ad vota ſecreta, vt vtrobique ſuffragium ſuum ferat.

13 Et vt Nouitij per ſolemnem profeſſionem Diuino mancipandi obſequio in his, quæ ad ſuam vocationem pertinent, ſedulò inſtruantur; diſtrictè ordinamus, vt durante eorum probationis anno, ſaltem per ſex menſes immediatè poſt ſuſceptum habitum ſpiritualibus tantùm exercitijs, alijſque Regularibus diſciplinis, cantibus Monaſticis, ac cœremonijs addiſcendis, ac etiam vilibus ſeruitijs, quibus humilitas comprobatur, ab ipſorum Magiſtris aſſiduè exerceantur.

Ibi: Faciat petitionem.

14 FOrma petitionis erit hæc, videlicet. IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem M. DC. Die N. Menſis N. Ego Dominus N. de N. promitto ſtabilitatem meam, & conuerſionem morum meorum, & obedientiam ſecundum Regulam Sancti BENEDICTI; coram Deo, & omnibus Sanctis, quorum

Reli-

Reliquiæ habentur in hoc Monaſterio S.N. de N. in præſentia Reuerendiſs. P. D. N. à N. eiuſdem Monaſterij Abbatis (vel Prioris) & Monachorum eiuſdem Monaſterij ſub Congregatione Caſinenſi, ad cuius rei fidem hanc petitionem manu propria ſcripſi, die, quo ſupra. Et pro ſubſcriptione crucem calamo exaret in cartula petitionis ſuper Altare.

15 Deinde poſt orationes, veſtium benedictionem, ac ſuſceptionem, Sanctique Spiritus inuocationem, & cœteras Regulæ, & Congregationis conſuetas ſolemnitates, recipiatur ab omnibus ad oſculum pacis.

16 Declaramus etiam, & firmiter ſtatuimus, Commiſſos noſtros Fratrum noſtrorum nomine cenſeri, & in eodem numero computari; ac durante eorum probationis anno, à Magiſtro Nouitiorum, tàm circa corporalia obſequia exerceri, & probari, quàm de Spiritualibus, ac præſertim de modo mentaliter orandi, pro eorum capacitate, inſtrui debere. Qui noſtris Priuilegijs inſcripti, & ſpecialiter nominati, gratijs, indulgentijs, & immunitatibus, ſicut cœteri Monachi pleniſſime gaudent, donec in Congregatione ſub obedientia vixerint, prout in Priuilegio Eugenij Quarti.

17 Et vt tranquillioribus animis, propoſiti ſui Domino exhibeant famulatum, & actiuæ Vitæ, cui maximè inſeruire noſcuntur, operam feruentius impendant: omnium bonorum, tam ſpiritualium, quam temporalium, quæ in noſtra Congregatione fiunt, & fient in poſterùm, ipſos Comminos tamquam noſtros Fratres comparticipes eſſe decernimus. Prouideatur etiam eorum neceſſitatibus tam ſpiritualibus, quam

corpo-

corporalibus, omni charitate, & ſolicitudine: fiantque Orationes, & Sacra poſt mortem eorum, ſicut conſuetum eſt fieri pro Monachis.

18 Qui Commiſſi poſt completum annum probationis, & non antè, quando Prælato cum Senioribus ſuis viſum fuerit, ac de concordia, & conſenſu omnium ipſorum, quos quatuor ſaltem, vltrà votum Prælati, eſſe volumus, aut duarum ex tribus partibus Conuentus, ſi ipſi non conuenerint (dummodo ætatis ſuæ annum vigeſimum primum expleuerint (prout decernitur in Inſtitutionibus ſuper receptione, & educatione Nouitiorum iuſſu Clementis Octaui editis) ad ſtabilitatem recipiantur. Quæ receptio fiat in Capitulo; datoque illis à Prælato pallio, vulgo mantello, in ſignum receptionis, ab ipſo, & ab omnibus Monachis recipiantur ad oſculum pacis.

19 Radatur eis barba, & caput, vſque ad aurium ſummitatem, indeque corona noſtris Commiſſis conſueta tondatur. Nec ipſis liceat mutationem petere; grauiter puniendi ſi id præſumpſerint, cum recipiantur pro ſeruitijs Monaſteriorum. Ideò mutentur tantùm ad inſtantiam Prælatorum: & pro eorumdem, aut Monaſteriorum neceſſitate, & commodo.

20 Et donec nobiſcum perſeuerauerint, teneantur ſeruare caſtitatem, paupertatem, & obedientiam. Et quia etiam ipſi aliquod penſum ſeruitutis Deo perſoluere debeant, dicant in Nocturnis, & Matutinis orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam triginta vicibus, ſeptem ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completorium pro qualibet hora; ad Veſ-

peras

peras autem duodecim. Deputetur eis Monachus vnus prudens, ac maturus, qui eos inſtruat in via obedientiæ, & humilitatis, doceatque Doctrinam Chriſtianam, Præcepta Euangelica, Regulam, & Conſtitutiones, ac modum inſeruiendi Miſſis, decòre, ac grauitate, qua docet.

21 Prætereà vltimi, ſecundum ſuos ordines, ſtent vbique poſt Monachos; In Refectorio autem comedant in quadam menſa à Monachis ſeparata. Attendatur etiam, ne diebus feſtis vacent otio, ſed à præfato Monacho ipſis Deputato, exponatur eis, pro ipſorum captu, verbum Dei.

22 Ordinamus etiam quòd de cœtero nulli Commiſſorum noſtrorum permittatur literas addiſcere; Neque in Clericum recipi poſſint. Qui verò legere ſciunt, cum licentia Superiorum ſuorum ita legant, vt cœteri non prouocentur, & oriatur ſcandalum.

23 Præfigimus etiam Oblatis noſtris terminum confitendi, & communicandi quolibet Dominico die, prout ſtatuitur ſuprà in Cap. 46. num. 3. Aſſignet autem eis Abbas locum ſecundum Perſonarum conditionem, & pro vt eius prudenti arbitrio videbitur.

24 Ipſi verò Oblati ſi ſunt literati, dicant Officium de Domina, & Offitium Mortuorum, nec non aliquando ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum Litanijs, ſecundùm ſuam deuotionem; ſin autem; penſo ſpirituali quotidiano ſatisfaciant, ſicut Commiſſi; vel ſaltem quotidie recitent Virgini precariam, maiorem coronã.

25 Hortamur inſuper Prælatos, & Cellerarios, vt cum ſolicitudine moribus famulorũ in Monaſterijs degentium

tium intendant, nec vitijs deditos ſuſtineant; curentque, vt ſaltem ter in anno, computato Paſchate, ad Sacramentum Pœnitentiæ, & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ accedant. Conuerſos autem in Congragatione noſtra amplius non recipimus.

De Filijs Nobilium, vel pauperum qui offeruntur.

CAP. LIX.

SI quis fortè de Nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio: ſi ipſe puer minori ætate eſt, Parentes eius faciant petitionem, quam ſuprà diximus. Et cum oblatione, ipſam Petitionem, & manum pueri inuoluant in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis, aut in præſenti petitione promittant ſub iure iurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo, ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certè, ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in eleemoſynam Monaſterio pro mercede ſua: faciant ex rebus, quas dare volunt Monaſterio, donationem, reſeruato ſibi (ſi ità voluerint) vſufructuario. Atque ità omnia obſtruantur, vt nulla ſuſpicio remaneat puero, per quàm deceptus perire poſſit (quod abſit) Quod experimento didicimus. Similiter autem, & pauperiores faciant. Qui verò ex toto nihil habeant, ſimpliciter

 petitio-

petitionem faciant, & cum Oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.

DECLARATIO.

Ibi: Si ipſe puer minori ætate eſt.

1 HViuſmodi pueros minoris ætatis, nullatenus in Congregatione recipimus, vt ſupra in Capitulo trigeſimo, De Pueris minori ætate, iuxta Decreta Concilij Tridentini.

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare.

CAP. LX.

SI quis de ordine Sacerdotum in Monaſterio ſe ſuſcipi rogauerit, non quidem ei citius aſſentiantur. Tamen ſi omninò preſtiterit in hac petitione, ſciat ſe omnem Regulæ diſciplinam ſeruaturum. Nec aliquid ei relaxabitur, vt ſit, ſicut ſcriptum eſt: Amice ad quid veniſti? Concedatur ei tamen poſt Abbatem ſtare, & benedicere, aut Miſſam tenere, ſi tamen iuſſerit ei Abbas. Sui aliàs nullatenus aliqua præſumat, ſciens ſe Diſciplinæ Regulari ſubditum, & magis humilitatis exempla omnibus det. Si fortè ordinationis, aut alicuius, rei cauſa fuerit in Monaſterio; illum locum attendat, quando ingreſſus eſt in

Matth. 6.

eſt in Monaſterium, non illum qui ei pro reuerentia Sacerdotij conceſſus eſt. Clericorum autem ſi quis, eodem deſiderio, Monaſterio ſociari voluerit, loco mediocri collocetur. Et ipſe tamen ſi promittit de obſeruatione Regulæ, vel propria ſtabilitate.

DECLARATIO.

Ibi: Si quis de Ordine Sacerdotum.

1 CVM Sacerdotibus, & Clericis, Congregationem noſtram ingredientibus, obſeruamus ordinem profeſſionis.

2 Verùm Præsbyteros, propter Sacerdotij reuerentiam, ſuper alios Nouitios collocamus. Idem quoque poteſt exequi Prælatus de alijs, ſi ſibi videbitur, aliqua rationabili cauſa; quibus tamen propter hoc non intendimus præiudicare, quoad tempus profeſſionis.

3 Inhibemus etiam plerumque præfatis Sacerdotibus celebrationem Miſſarum ad tempus, vt ex hoc eorum humilitas comprobetur, & tunc ipſi communicent cum Clericis.

✝

De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur.

CAP. LXI.

SI quis Monachus peregrinus de longinquis Prouincijs ſuperuenerit, ſi pro hoſpite voluerit habitare in Monaſterio, & contentus fuerit conſuetudine loci, quam inuenerit, & non fortè ſuperfluitate ſua perturbat Monaſterium, ſed ſimpliciter contentus eſt quod inuenerit: ſuſcipiatur quanto tempore cupit. Si qua tamen rationabiliter, & cum humilitate caritatis reprehendit, aut oſtendit: tractet Abbas prudenter, ne fortè eum propter hoc ipſum Dominus direxerit. Si verò poſteà voluerit ſtabilitatem ſuam firmare; non renuatur talis voluntas, & maximè quia tempore hoſpitalitatis potuit eius vita dignoſci. Quod ſi ſuperfluus, aut vitioſus inuentus fuerit tempore Hoſpitalitatis, non ſolum non debet ſociari corpori Monaſterij, verùm etiam dicatur ei honeſtè vt diſcedat, ne eius miſeria etiam alij vitientur. Quod ſi non fuerit talis, qui mereatur proijci: non ſolum ſi petierit, ſuſcipiatur Congregationi ſociandus; verum etiam ſuadeatur vt ſtet: vt eius exemplo alij erudiantur, & quia in omni loco vni Domino ſeruitur, & vni Regi militatur. Quem etiam ſi talem eſſe perſpexerit Abbas, liceat eum in ſuperiore aliquantulum conſtituere loco. Non ſolum autem Monachum, ſed

etiam de ſupradictis gradibus Sacerdotum, vel Clericorum; ſtabilire poteſt Abbas in maiori, quàm ingreditur loco, ſi eius talem proſpexerit eſſe vitam. Caueat autem Abbas, ne aliquando de alio noto Monaſterio Monachum ad habitandum ſuſcipiat, ſine consenſu Abbatis eius, aut litteris commendatitijs; quia ſcriptum eſt: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Matth. 7.*

DECLARATIO.

Ibi: Congregationi ſociandus.

1 SAnctiſſimus Pater Noſter in Regula videtur concedere Monachos alterius Monaſterij ſuſcipi poſſe, ſi tamen literas commendatitias habuerint. Verùm cum temporibus noſtris multæ ſuccreuerint Religiones, varijque ſint eorum mores; & ex his plerique leuitate potius, quam Sanctitatis zelo, propria deſerentes loca, ad noſtraque accedentes, difficillimè iam aſſumptos mores deponere valeant, imò inſtabilitate ſua, vel murmurationibus, ſeu detractionibus eorum, quæ vident, ſępiſſimè gregem conturbent: Et cum longa experientia didicerimus rarò tales ad profectum, de quo ſibi blandiuntur, dictis cauſis perueniſſe.

2 Proptereà, vt eorum ſtabilitati, & noſtrę Congregationis paci vtiliter conſulatur, ordinamus primò, quòd nullus de Ordine Mendicantium ſuſcipiatur in Monachum Congregationis noſtræ; quia ex Conſti-

cutione Martini Papæ Quinti recipientes, eſſent ipſo facto excommunicati, & ipſe receptus cogeretur redire ad ſuum ordinem; quorum poſtremum iubet quoque Pius Quintus.

3 Ordinamus ſecundo, quòd profeſſi in Congregatione noſtra, ſi alibi firmauerint ſtabilitatem ſuam, & redire voluerint, recipiantur, ſed omninò obſeruatis, quæ in Capitulo 29. ſtatuta ſunt.

4 In recipiendis alijs Religioſis non de Ordinibus Mendicantium, Conſtitutio Pij Quinti ſeruetur omninò; & præterea licentia Capituli Generalis præhabeatur, qua non obtenta, neminem admittendum eſſe dicimus.

De Sacerdotibus Monaſterij.

CAP. LXII.

SI quis Abbas ſibi Presbyterũ, vel Diaconum ordinare petierit, de ſuis eligat, qui dignus ſit Sacerdotio fungi. Ordinatus autem caueat elationem, aut Superbiam. Nec quidquam præſumat, niſi quod ei ab Abbate præcipitur, ſciens ſe multò magis diſciplinę Regulari ſubditum. Nec occaſione Sacerdotij obliuiſcatur Regulæ obedientiam, & diſciplinam: ſed magis, ac magis in Domino proficiat. Locum verò illum ſemper attendat, quo ingreſſus eſt Monaſterium præter Officium Altaris: & ſi fortè electio Congregationis, & voluntas Abbatis, pro vitæ merito, eum promouere voluerit. Qui tamen

Regulam

Digitized by Google

Regulam à Decanis, vel Præpoſitis conſtitutam ſibi ſeruandam ſciat; Quod ſi aliter pręſumpſerit, non vt Sacerdos, ſed vt rebellis iudicetur. Et ſæpè admonitus, ſi non correxerit, etiam Epiſcopus adhibeatur in teſtimonium. Quod ſi nec ſic, clareſcentibus culpis proijciatur de Monaſterio: Si tamen talis fuerit eius contumacia, vt ſubdi, aut obedire Regulæ nolit.

DECLARATIO.

Ibi: Eligat Abbas.

1 CVM conſilio, & conſenſu maioris partis Seniorum ſuorum computato voto Prælati.

Ibi: Qui dignus eſt.

2 IDeò volumus quòd Patres Monaſteriorum, vnà cum Senioribus prius diligenter promouendos ad Sacros Ordines, maximè verò ad Sacerdotium, examinent ſuper ſufficientia, & literatura, moreſque, & vitam attentiùs conſiderent. Et ſi (humana tamen fragilitate inſpecta) fuerint iudicati ad Officium, ad quod aſſumuntur, idonei, non priùs ordinentur, quàm obtenta licẽtia à Capitulo Generali, ac etiam à Viſitatoribus; quam ipſi dare non poſſint, niſi in actu Viſitationis; vt præſentialiter de eorum vita, & moribus, ac literarum ſufficientia indagare, & cognoſcere poſſint.

3 Caſu verò magnæ neceſſitatis, puta propter mortem aliorum Sacerdotum, vel amotionem, ità quod

ſcandalum eſſet expectare tempus Capituli, vel Viſitationis: ſufficiat licentia Præſidentis, vel vnius Viſitatoris, vel (ſi arctior neceſſitas vrgeret) Prælati, & Seniorum; præmiſſa, vt diximus, examinatione, & diſcuſſione circa ordinandos.

4 Hoc ſanè antè omnia attendentes, quod nullus etiam his ſtantibus neceſſitatibus, ad aliquem ordinem promoueatur, niſi de biennio in biennium à die ingreſſus Religionis, ſine licentia Capituli Generalis, vel Regiminis; de quibus iuſtas ob cauſas, omnes prædicti poterunt per annum diſpenſationem obtinere: obſeruatis tamen quæ ſtatuit Sacroſancta Synodus Tridentina, quoad huiuſmodi ordinandos.

5 Viſitatores tamen poſſint ex legitima cauſa, diſpenſare per duos, aut tres menſes tantùm cum huiuſmodi ordinandis; ſaluis ad amuſſim Decretis Concilij Tridentini.

6 Si quis autem à Capitulo proximè præterito, aut à Viſitatoribus, aut ab Examinatoribus Epiſcoporum, ad præfatos ordines, ob inſufficientiam, vel aliam cauſam non fuerint admiſſi, non poſſint amplius per integrum annum præſentari, vt promoueantur. Interim teneant locum poſt eos, qui iam promoti erunt ad eum ordinem, ad quem ipſi minus idonei fuerunt reperti. Quod non ſolùm de reiectis; ſed etiam de non propoſitis ob inſufficientiam, intelligi volumus, vt ſic ſaltem rubore confuſi, magis ſoliciti reddantur ad neceſſaria diſcenda. Qui deindè, cum fuerint ordinati, reſtituantur ſuo loco Profeſſionis.

7 Et ſi aliquis (prædictis omnibns non obſeruatis, aut

aut non repertus idoneus) fuerit ad aliquem ordinem promotus, ſuſpendatur ab Ordinis illius adminiſtratione, donec iudicetur idoneus. Et Superior Monaſterij, qui voluerit, vel etiam permiſerit quempiam promoueri, puniatur iudicio Capituli Generalis.

8 Caueant etiam Patres, ne primo anno, quo quis Monachus alicui Monaſterio deputatur, eum ad Ordines Sacros promoueri faciant, niſi ſeruatis ſupradictis omnibus, & inſuper habito conſenſu Prælati, & Seniorum Monaſterij, in quo priùs idem morabatur.

9 Mandantes Vniuerſis Prælatis noſtræ Congregationis, quatenus pro Miſſis nouis celebrandis, non permittant ſolemnes inuitationes, aut oblationes fieri, ſed purè, ac ſimpliciter (prout noſtræ conſuetudinis eſt) celebrentur. Nec Miſſæ nouæ cantentur in alienis quibuſuis Eccleſijs, ſed tantùm in Eccleſijs Congregationis.

10 Ordinati Sacerdotes, ſi celebrare noluerint, dicant Antiphonas; niſi aliqua legitima de cauſa, maioris partis Seniorum iudicio approbanda, excuſentur.

11 Et quia ad Sacerdotis officium pertinet ligare, & ſoluere, in quo auctoritas, & ſcientia requiritur: iniungimus Prælatis, vt ad audiendas Confeſſiones Sæcularium eligant Monachos ad id idoneos, iuxtà diſpoſitionem Concilij Tridentini, & Conſtitutiones noſtras. Et hoc diligentius attendi volumus, ne (quod abſit) in animarum detrimentum, & Religionis confuſionem, aliquos ad tantum munus exercendum minus habiles præſentari contingat. Diſtrictè prohibentes, ne aliquis ex noſtra Congregatione Monachus

nachus poſſit huiuſmodi facultatem audiendi Sæcularium Confeſſiones ab Ordinarijs Locorum petere, ac obtentis licentijs vti, abſque Abbatis ſui licentia. Contrafacientes verò grauiter puniantur. Deputent inſuper in ſingulis Monaſterijs iuxtà Decretum fel. recordationis Clementis Octaui ſuper caſuum reſeruatione duos, tres, aut plures Confeſſarios pro Subditorum numero maiori, vel minori: ijque ſint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reſeruatis eos abſoluant, & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit.

12 Qui ad hoc munus electi, ſtudeant diligenter huic tam commendabili officio ſe aptos reddere; omnemque induſtriam adhibeant, vt ob Dei honorem, animarumque ſalutem (qua nihil eſt acceptius) opus ſuum vtiliter exequantur. Quod vt dignius adimpleatur, etiam Viſitatores, ſi opus fuerit, Prælatis hæc omnia exactè ſeruare mandabunt.

13 Interdicet etiam Prælatus ſub graui pena ijs, qui ad audiendas Confeſſiones ſunt deputati, ne quauis occaſione, ſeu pretextu pietatis, & eleemoſynę pauperibus faciendæ, neque etian pro Miſſis celebrandis, aliquam pecuniam petant, aut oblatam à confitentibus accipiant quouis quæſito colore. Quòd ſi quis ex confitentibus pertinacius inſiſteret aliquid dare, ad Sacriſtam Monaſterij dirigatur.

14 Quocirca, licet omnes, ad noſtras Eccleſias accedentes Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum recipere poſſint iuxta Priuilegia noſtra, tamen declarauit Eugenius Quartus non eſſe intelligendum de Die Paſchæ,

chæ, quo tempore non licet, Ciues Locorum, vbi ſitæ ſunt Monaſteria, abſque Superiorum ſuorum licentia, communicare. Sed hoſpites, & Peregrini poſſunt ſine licentia communicari.

15 Inhibemus Prælatis præterea, & Monachis noſtræ Congregationis occaſione Viſitationis, aut aſſiſtentiæ Infirmorum, extra Monaſteria dormire.

16 Ad funera, & Mortuorum exequias nulli omninò accedere liceat.

17 Denique Monachis noſtris fugitiuis, ſi qui fuerint, vel qui extra obedientiam noſtram ad Sacros Ordines promouentur, ſi redierint, non permittatur in eis Miniſtrare; niſi per Capitulum Generale cum eis diſpenſetur, & ex nouem Diffinitoribus octo conſentiant: ſi quis autem in Apoſtaſia, quod Deus auertat, ordines receperit, ab eorum adminiſtratione perpetuò arcendus erit.

De Ordine Congregationis.

CAP. LXIII.

ORdines ſuos in Monaſterio ità conſeruent, vt conuerſionis tempus, & vitæ meritum diſcernit, vel vt Abbas conſtituerit. Qui Abbas non conturbet gregem ſibi commiſſum, nec quaſi libera vtens poteſtate iniuſtè diſponat aliquid: ſed cogitet ſemper, quia de omnibus iudicijs, & operibus ſuis redditurus eſt Deo rationem. Ergò ſecundum Ordines, quos conſtituerit, vel quos habuerint ipſi

Fratres,

Digitized by Google

Fratres, ſic accedant ad pacem, ad Communionem, ad Pſalmum imponendum, in Choro ſtandum. Et
Reg.1.7. in omnibus omninò locis ætas non diſcernatur in or-
Dan.13. dine, nec præiudicet; quia Samuel, & Daniel pueri presbyteri iudicauerunt. Ergò exceptis ijs, quos (vt diximus) altiori conſilio Abbas prætulerit, vel degradauerit certis ex cauſis, reliqui omnes, vt conuertuntur, ita ſint: Vt, verbi gratia. qui ſecunda diei hora venerit in Monaſterio, iuniorem ſe nouerit eſſe illo, qui prima hora diei venit, cuiuslibet ętatis, aut dignitatis ſit.

Pueris verò per omnia ab omnibus diſciplina teneatur. Iuniores ergò Priores ſuos honorent; Priores verò iuniores diligant. In ipſa autem appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine; ſed Priores ſuos Fratres nominent: Iuniores autem Priores ſuos Nonnos vocent; quod intelligitur paterna reuerentia. Abbas autem, quia vices Chriſti agere videtur, Dominus, & Abbas vocetur: non ſua aſſumptione, ſed honore, & amore Chriſti. Ipſe autem cogitet, & ſic ſe exhibeat, vt dignus ſit tali honore. Vbicumque autem ſibi obuiant Fratres, iunior à Priore benedictionem petat. Transeunte maiore, iunior ſurgat, & det ei locum ſedendi; nec pręſumat iunior conſedere, niſi ei pręcipiat ſenior ſuus: vt fiat, quod
Rom.12. ſcriptum eſt. Honore inuicem pręuenientes. Pueri paruuli, vel adoleſcentes, in Oratorio, vel ad menſam cum diſciplina ordines ſuos conſequantur. Foris autem, vel vbi cuſtodiam habeant, & diſciplinam, vſque dum ad intelligibilem ætatem perueniant.

DE-

DECLARATIO.

Ibi: Secundum ordines, quos conſtituerit.

1 DEclaramus ſecundum morem noſtrum antiquum, quod poſt Abbates Regiminis ſint Abbates Titulares, deinde Priores Clauſtrales; poſt prædictos ſint Priores Titulares, deinde Magiſtri Nouitiorum, poſtea Decani. Qui ſecundum ordinem profeſſionis locum teneant inter ſe. Poſt præfatos ſequantur cæteri Monachi ſecundum ordinem profeſſionis: præter eos, qui aliqua de cauſa degradati fuerint.

2 Quod autem attinet ad Priores, & Decanos Titulares: Tituli huiuſmodi de cœtero tàm frequenter non conferantur, ſed ijs tantum, qui in illis officijs ſe laudabiliter geſſerint, & propter ætatem, aut valetudinis imbecillitatem ad illa ſuſtinenda inhabiles ſunt effecti. Locus autem ſuperior, vt aiunt, nemini concedatur: eſt enim tamquam ſeges ambitionis.

3 Qui ad Sacerdotum, Diaconatum, & Subdiaconatum expleto ſecundum Conſtitutiones noſtras tempore, non fuerint ordinati, quacumque de cauſa culpabili; teneant locum in præcedenti capite ſibi aſſignatum; poſt promotos ſcilicet ad eum ordinem, ad quem ipſi adhùc promoueri non potuerunt, tranſacto talis promotionis tempore.

4 Vt autem prædictus ordo meliùs ſeruari poſſit, habeatur in ſingulis Monaſterijs Cathalogus omnium

Mona-

Monachorum noſtrę Congregationis profeſsorum, in quo ſingulis annis ſcribantur, qui profeſſionem emiſerunt, appoſito die, & anno.

Ibi: Exceptis ijs, quos vt diximus.

5 AD omnem ambiguitatem tollendam in noſtra Congregatione circa illos, quos altiori conſilio duximus præferendos: Ordinamus, quod Pater Prę-ſidens, omni tempore primum locum inter Patres Congregationis, & Sedem Abbatis in Choro, ſi ibi præſens fuerit, teneat; Quo abſente à Choro liceat Abbati tenere Sedem ſuam. Benedictionem, & omnia ſigna tàm particularia, quàm generalia faciat. Vbique incipiat: Te Deum laudamus, cantet Euangelium ad Matutinum, & Antiphonas duplices.

6 Idipſum concedimus Viſitatoribus, cum in actu Viſitationis, abſente Præſidente, fuerint, & ſint in primis ſecundi Chori ſedibus. Quo tempore (vel ſi fortè Præſidens adſit) in ſignum reuerentiæ, Prælatus loci, etiamſi eſset Viſitator, teneat ſecundam Sedem primi Chori.

7 Quòd ſi Viſitatores fuerint in aliquo Monaſterio, & non Viſitationis cauſa: teneant quidem ſemper locum ſuper Prælatum; ſed ſigna dumtaxat pręminentię faciant principalia: ſibi inuicem deferendo, ſecundum ordinem profeſſionis ſuæ; niſi fortè Pręlatus loci eſset, & ipſe Viſitator; quià tunc in Monaſterio ſuo tantùm, etiam ſuper antiquiores Viſitatores locum tenebit, ratione particularis regiminis.

Viſi-

8 Viſitator actu, & non Officio, ſi Prælatus extiterit, tempore Viſitationis tantùm, pręcedat loci Prælatum, niſi qui viſitatur, eſſet & ipſe Viſitator officio, quo caſu, immediatè poſt ipſum, locum teneat: & eo abſente, omnia ſigna faciat, ſicut & cæteri Viſitatores.

9 Idem ſeruetur in Viſitatore actu, qui non eſſet Prȩlatus, vt videlicet omnia ſigna faciat, abſente Prȩlato, ſicut cȩteri Viſitatores Prȩlati.

10 Reliqui verò Prȩlati faciant vbique in abſentia Prȩlati, & Viſitatorum ſigna prȩeminentiȩ: ſibi inuicem prȩferendo, ſecundùm profeſſionis tempus.

11 Prȩlatum autem loci, ſi prȩſens fuerit, prȩcedet & Antiquiores; Titulares verò immediatè poſt alios Prȩlatos de regimine, ità tamen, vt qui fuerunt de regimine omni loco, & tempore prȩcedant eos qui nunquam fuerunt Abbates de regimine, ſeruantes reſpectiuè profeſſionis ſuȩ tempus, ſibi inuicem deferendo; & in eorum abſentia ſigna præeminentiæ faciant. Prȩfatis Abbatibus Titularibus locum aſſignamus poſt primam Sedem primi Chori; volumuſque eos eſſe ſubiectos Prȩlatis, cum quibus degunt, per omnia ſicut cœteri Monachi etiam in ſcribendis, & recipiendis literis ſicut dictum eſt cap. 54. & tenere loca ſuȩ profeſſionis cum in Capitulo Generali cȩteri Prȩlati fuerint abſoluti. Inſuper Abbates Titulares, qui non fuerunt regiminis, genuflectant Abbati loci, de Monaſterio exeuntes, & reuertentes; necnon cum tardè ad Chorum, & Refectorium venerint. Habeant veſtiarium ſimplex, ſicut & cæteri Monachi, & Famulus, vel Commiſſus eis deputetur ex ijs, qui in alijs exercitijs

Mona-

Monaſterij inſeruiunt. Omnes autem Titulares, tàm qui fuerunt de regimine, quàm qui nunquam fuerunt regiminis, teneantur reuelare pecunias, & res pretioſas, ſi quas habent, Prælato Monaſterij ſub pœnis ab eodem Prælato comminatis.

12 Seniores verò ſic ſibi inuicem deferant, vt Priores Clauſtrales, ex ſuo Monaſterio ad aliud euntes teneant locum poſt Priorem Clauſtralem Monaſterij, in quo fuerint. Magiſtri autem Nouitiorum ſtent immediatè poſt Priorem Clauſtralem: præcedendo omnes alios Decanos, & faciendo ſigna omnia, tàm præeminentiæ, quàm iuriſdictionis in ſuo Monaſterio. In alio vero Monaſterio ſtet ſuper omnes Decanos excepto Magiſtro Nouitiorum illius Monaſterij, & faciat ſigna tantùm præeminentiæ. Similiter Decani poſt Decanos ſecundùm profeſſionem ſibi inuicem deferentes: & abſentibus Superioribus Monaſterij, faciant ſigna etiam particularia. Similiter qui non ſunt Superiores, abſentibus Superioribus ſuis dignitate, & profeſſione, idem faciant.

13 Vt autem ſigna, & actus præeminentiæ, & ſigna particularia, ſiue iuriſdictionis cunctis perſpicua eſſe poſſint. Declaramus, actus præeminentiæ eos eſſe, qui ſolam Perſonæ dignitatem conſequuntur. Huiuſmodi cenſentur, benedictiones lectionum, menſæ, & Completorij, Recitatio orationis Dominicalis, in Officijs Diuinis, præintonationes cantici Te Deum laudamus, & Antiphonarium poſt horas Canonicas; Euangelij lectio ad Matutinum; aqua luſtrali Monachos, & Fratres poſt Completorium aſpergere, & ſimi-

ſimilia. Edere item ſigna inchoandi Officium, Lectiones, Orationes, comeſtionem; & Officio, ac Menſa expletis ſignum exurgendi, aut diſcedendi dare, præeminentiam ſolam innuunt. At præcipere, quod lectiones, Capitula, aut Antiphonæ decantentur; Monachis verò ad Chorum, vel ad Menſam venientibus, eiſdem poſt Lectiones recitatas, aut poſt alias functiones, genuflexis ſignum dare, vt ſurgant, aut errantibus mandare, vt genuflectant, actus ſunt, & ſigna iuriſdictionis. Illa ad Titulares Superiores ſpectant, hæc in Superiores regiminis cadunt. Monacho in Capitulo ante Completorium lecturo ſignum Lectionis inchoandæ dabit Superior Titularis; terminandi vero ſignum, Superior regiminis faciat. Et priuſquam Superior Titularis inchoet Te Deum laudamus, à Superiore regiminis ſciſcitabitur, num cantu, an abſque cantu recitandum ſit; quod idem intelligimus faciendum diebus, quibus Completorium cantu perſoluendum erit, & in alijs ſimilibus caſibus.

14 Abbatem Caſinenſem propter dignitatem loci, ac reuerentiam, meritò ſtatuimus, ab hac generalitate excipientes, quod in toto Regno Neapolitano præcedat omnes Prælatos etiam loci, & Viſitatores (excepto tamen Viſitationis tempore) tàm in ſuo Monaſterio, quàm in alijs. Extra Regnum Neapolitanum præcedat omnes Prælatos exceptis Viſitatoribus, & Prælato loci.

15 Prior quoque Caſinenſis in Regno Neapolitano præcedat omnes alios Priores loci. Extrà autem teneat locum ſuæ Profeſſionis.

16 Abbates verò S. Pauli de Vrbe, & Sanctiſſimæ Trinitatis Cauæ propter ſpiritualem, ac temporalem iuriſdictionem, quam in Caſtris ſibi ſubiectis exercent, in Monaſterio, & locis ſuis tantùm, ſuper Viſitatores, excepto Viſitationis tempore, locum tenere decernimus. Procurator Generalis in Curia ſemper, & vbique teneat locum ſuper omnes Abbates; exceptis Viſitatoribus, Abbatibus Montis Caſini, SS. Trinitatis Cauæ, & S. Pauli de Vrbe, & Abbatibus loci.

17 Ordinata per Viſitatores, & Prælatos Monaſteriorum in Monaſterijs ſuis, durant poſt eorum Officium, niſi à ſucceſſoribus fuerint reuocata, nec ea volumus reuocari, niſi iuſtis de cauſis. Et tranſgreſſores grauiter puniantur.

18 Licentias autem particulares dandas, aut diſpenſationes, quæ vltrà Viſitationis tempus ſunt duraturæ, Præſidens, ſeu Viſitatores nullas concedant, ne fortè confuſionem potius, quam pacem in Monaſterijs relinquant; ſed illas particularibus Prælatis, qui animarum ſibi commiſſarum clariorem habent notitiam, relinquant: niſi in caſibus, quos ad ſe pertinere rationabiliter patebit.

19 Et tunc in ſcriptis dent pręfatas licentias cum appoſitione parui ſigilli Congregationis; aliter eis non adhibeatur fides; nec ipſis vti valeant, qui eas receperint.

Ibi: Priores Iuniores ſuos Fratres vocent.

20 EX noſtra antiqua conſuetudine, ad differentiam mendicantium, Monachos noſtros appellamus Domnos,

Domnos, ſed affectu Fratres. Iuniores Seniores ſuos Patres vocant. Abbas veró iuxta Regulam Domnus, & Abbas, non Dominus appelletur.

Ibi: Benedictionem petat.

21 HANC benedictionis petitionem intelligimus ſigno magis, quàm verbo, ideò per inclinationem Capitis fiat.

De Ordinando Abbate.

CAP. LXIV.

IN Abbatis ordinatione, illa ſemper conſideretur ratio, vt hic conſtituatur, quem ſibi omnis concors Congregatio, ſecundum timorem Dei, ſiue etiam pars, quamuis parua, Congregationis ſaniori conſiglio, elegerit. Vitæ autem merito, & ſapientiæ doctrinæ eligatur, qui ordinandus eſt, etiamſi vltimus fuerit in ordine Congregationis. Quod ſi etiam omnis Congregatio vitijs ſuis (quod quidem abſit) conſentientē perſonam pari conſilio elegerit, & vitia ipſa aliquatenus in notitiam Epiſcopi (ad cuius Diœceſim pertinet locus ipſe) vel Abbatibus, aut Chriſtianis vicinis claruerint: prohibeant prauorum præualere conſenſum, & domui Dei dignum conſtituant diſpenſatorem: ſcientes pro hoc ſe recepturos mercedem bonam, ſi illud caſtè, & zelo Dei faciant, ſicut è contrario peccatum ſi negligant.

Ordinatus autem Abbas cogitet ſemper quale onus ſuſcepit, & cui redditurus eſt rationem Villicationis ſuæ, ſciatque ſibi oportere prodeſſe magis, quàm preeſſe. Oportet ergò, eum eſſe doctum in lege Diuina, vt ſciat, vndè proferat noua, & vetera: Caſtum, ſobrium, miſericordem, & ſemper ſuperexaltet miſericordiam iudicio, vt idem ipſe conſequatur. Oderit vitia, diligat Fratres. In ipſa autem correctione prudenter agat, & nequid nimis: Nedum nimis eradere cupit eruginem, frangatur vas: ſuamque fragilitatem ſemper ſuſpectus ſit: memineritque calamum quaſſatum non conterendum. In quibus non dicimus, vt permittat nutriri vitia: ſed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire, ſicut iam diximus; & ſtudeat plus amari, quàm timeri. Non ſit turbolentus, & anxius, non ſit minus, & obſtinatus: non ſit Zelotypus, & nimis ſuſpitioſus: quia nunquam requieſcet. In ipſis imperijs ſuis ſit prouidus, & conſideratus: ſiue ſecundum Deum, ſiue ſecundum ſeculum ſint. Opera quæ iniungit, diſcernat, & temperet; cogitans diſcretionem S. Iacob dicentis: Si greges meos plus in ambulando fecero laborare, morientur cuncti vno die. Hec ergo, aliaque teſtimonia diſcretionis matris virtutum ſumens, ſic omnia temperet, vt ſit, quod, & fortes cupiant, infirmi non refugiant. Et præcipuè vt præſentem Regulam in omnibus conſeruet: vt dum benè miniſtrauerit, audiat à Domino, quod ſeruus bonus, qui erogauit triticum conſeruis ſuis in tempore ſuo. Amen dico vobis, ait, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Gen. 33. *Math. 24.*

DE-

DECLARATIO.

Ibi: In Abbatis ordinatione.

HODIE ſecundum priuilegia noſtra eliguntur per Capitulum Generale, aut per Dietas, altero quoque anno celebrandas; inquibus interueniant tantummodò Prælati cum Regimine.

Et nemo deinceps in Abbatem de Regimine eligi poſſit, niſi priùs per quinquennium expletum fuerit Prior Clauſtralis, & in obſeruantia Regulari immediatè exercitatus; præter Cancellarium, & Capſarium, dummodo Priores extiterint, & tempus à Conſtitutionibus præfixum habuerint. Nec etiam quis eligi poſſit in Abbatem cum ſolo titulo, niſi prius fuerit Abbas cum Regimine, vel ſaltem Prior Clauſtralis, qui per expletum quinquennium in Prioratus Regimine ſe laudabiliter geſſerit. Illa ſi quidem dignitas talibus debetur, tanquam de Congregatione benemeritis. Locus verò inter Abbates tàm de Regimine, quàm cum ſolo titulo, nemini in poſterum concedatur. Si quis autem, contra præſentis Conſtitutionis formam, promotus fuerit, eo ipſo huiuſmodi promotiones nullas, & inualidas declaramus. Prælatorum verò electiones fiant ſecundùm merita, non ad fauorem Principum, iuxtà formam Breuis Apoſtolici Gregorij Decimi Tertij, de quo in prima parte ordinationum: & præuia Viſitatorum approbatione. Qui Abbates habent omnia priuilegia; & inſignia, & iuriſdic-

tionem, quam perpetui, & benedicti habere conſueuerunt.

3 Membra Monaſteriorum ſuorum, & beneficia ſibi ſubiecta viſitare teneantur.

4 Inhibemus Prelatis ipſis acceſſum ad Curiam, niſi de conſenſu P. Præſidentis, & vtriuſque Viſitatoris ſuæ Prouinciæ, nec non Abbatis Sancti Pauli, & Procuratoris in Curia.

5 Prohibemus etiam eis executionem vltimarum voluntatum, vt videlicet, neque ipſi id exercere, neque Monachos ſuos ad huiuſmodi habilitare valeant, ſine licentia P. Preſidentis, aut Viſitatorum, niſi in caſu alicuius imminentis neceſſitatis. Euitent quoque ſuperfluos, & vanos apparatus in Cameris, omnemque pretioſam ſupellectilem, ipſorum ſtatui minimè conuenientem. Super quod inuigilent Patres Viſitatores, & tales exceſſus (ſi quos inuenerint) referant Regimini, à quo ſeuerè erunt puniendi, qui prima vice, cum charitate admoniti, non abſtinuerint.

6 Damus eis liberam poteſtatem regendi, & gubernandi Monaſteria, per Capitulum Generale, vel Regimen ipſis commiſſa, Monachoſque, ac Commiſſos, & Nouitios, cæteroſque ad Monaſteria ſibi credita ſpectantes, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ſecundùm S. P. Noſtri Benedicti Regulam, & Conſtitutiones noſtras. Ipſi autem, cum in Prælatos eliguntur, aut ad aliud Monaſterium mutantur, quamprimum ſe ab omnibus alijs negotijs expedientes, recto tramite ad ſibi aſſignata Monaſteria ſe conferant. Damus inſuper eis poteſtatem eligendi ſibi Confeſſarios,

rios, qui eos abſoluant, & ſalutarem eis pœnitentiam iniungant: auctoritatem etiam audiendi confeſſiones omnium Prælatorum, & Fratrum noſtræ Congregationis ad eorum Monaſteria venientium, vel alicui ex ſuis Monachis prædictam facultatem committendi.

7 Prætereà eis conferimus poteſtatem examinandi licentias Fratrum noſtrorum, & quos repererint non complesſe conditiones ſuarum licentiarum, vel aliter deprehenderint fugitiuos, girouagos, vel Apoſtatas, capifaciendi, & in cuſtodia retinendi, impetrato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis.

Ibi: Ad notitiam Epiſcopi.

8 HOdie, ex indulto Apoſtolico, tota noſtra Congregatio, & Monaſteria exempta ſunt ab omni Ordinariorum iuriſdictione, & immediatè Apoſtolicę Sedi ſubiecta. Quamobrem nullo modo recurrendum eſt ad præfatos Ordinarios.

De Præpoſito Monaſterij.

CAP. LXV.

SÆpius quidem contingit, vt per ordinationem Præpoſiti ſcandala grauia in Monaſterijs oriantur, dum ſint aliqui maligno ſpiritu ſuperbiæ inflati, qui æſtimantes ſe ſecundos Abbates eſſe, aſſumentes ſibi tyrannidem, ſcandala nutriunt, & diſſentiones in Congregatione faciunt, & maximè

Digitized by Google

in illis locis, vbi ab eodem Sacerdote, vel ab eiſdem Abbatibus, qui Abbatem ordinant, ab ipſis etiam, & Præpoſitus ordinatur. Quod quam ſit abſurdum, facile aduertitur; quia ab ipſo initio ordinationis, materia ei datur ſuperbiendi, dum ei ſuggeritur à cogitationibus ſuis, exutum eum eſſe à poteſtate Abbatis ſui, quia ab ipſis eſt ordinatus, à quibus, & Abbas. Hinc ſuſcitantur inuidiæ, rixæ, detractiones, æmulationes, diſſentiones, exordinationes. Et dum contraria ſibi inuicem Abbas, Præpoſituſque ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſentione, animas periclitari: Et ij, qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, erunt in perditionem. Cuius periculi malum, illos reſpicit in capite, qui talibus in ordinatione ſe fecerunt auctores.

Ideoq; nos præuidemus expedire propter pacis, charitatiſq; cuſtodiam in Abbatis pendere arbitrio ordinationem Monaſterij ſui. Et ſi poteſt fieri, per Decanos ordinetur (vt antea diſpoſuimus) omnis vtilitas Monaſterij, prout Abbas diſpoſuerit, vt dum pluribus committitur, vnus non ſuperbiat. Quod ſi aut locus expetit aut Congregatio petierit, rationabiliter cum humilitate, & Abbas iudicauerit expedire, quemcumque elegerit Abbas cum conſiglio Fratrum timentium Deum, ordinet ipſe ſibi Præpoſitum. Qui tamen Præpoſitus illa agat cum reuerentia, quæ ab Abbate ſuo ei iniuncta fuerint, nihil contra Abbatis voluntatem, aut ordinationem faciens, quia quantum Prælatus eſt cæteris, tantum eum oportet ſollicitè obſeruare præcepta Regulæ: Qui Præpoſitus, ſi re-

pertus

pertus fuerit vitioſus, aut elatione deceptus ſuperbia, aut contemptor Sanctæ Regulæ fuerit comprobatus; admoneatur verbis vſq; quater, ſi non emendauerit, adhibeatur ei correctio diſciplinæ Regularis. Quod ſi neq; ſic correxerit, tunc deijciatur de ordine Præpoſituræ; & alius, qui dignus eſt, in loco eius ſubrogetur. Quod ſi, & poſtea in Congregatione quietus, & obediens non fuerit, etiam de Monaſterio expellatur. Cogitet tamen Abbas, ſe de omnibus iudicijs Deo redditurum rationem, ne fortè inuidiæ, aut zeli flamma vrat animam.

DECLARATIO.

Ibi: Ordinationem Monaſterij ſui.

1 SIcut nobis eſt curæ, ne Prælati exiſtant perpetui, ſed quolibet capitulo à ſua prelatione abſoluantur, ita diligenter intendimus, ne Præpoſitus Monaſterij, qui ſecundum morem noſtrum Prior Clauſtralis vocatur; Senioreſque, ac cæteri Officiales Monaſteriorum perpetui videantur.

2 Id circò ſtatuimus, quòd poſt abſolutionem Capituli Generalis intra octo dies, ſi commodè fieri poteſt, poſtquam venerit Prælatus ad Monaſterium ſibi aſſignatum, conuocatis omnibus Fratribus in Capitulo, omnes habentes Officium aliquod, vel adminiſtrationem in ipſo Monaſterio, realiter abſoluat. Ipſique in ſignum aſſenſus prædictæ abſolutionis, inclinato capite, reuerenter aſſurgant: accuſanteſque ſe de exceſſibus ſuis in huiuſmodi Officijs commiſſis, veniam proſtrati coram omnibus poſtulent: claueſque ad ipſa offi-

cia

Digitized by Google

cia pertinentes, ſi quas habent, Prælato conſignent, cęteraq; omnia, vtſupra, in Capitulo 33. (ſi debeant Monachi proprium aliquid habere) ac locum profeſſionis teneant, nec in ipſis officijs vlterius ſe intromittant, niſi Prælatus, aliter diſpoſuerit, & eorum curam ipſis interim commiſerit.

3 Omnes etiam, qui occaſione alicuius Officij, in ſuperiori loco erant conſtituti, per tres ſaltem dies loca ſuæ profeſſionis teneant. Prælatus verò, qui ad Capitulum Generale non acceſſerit, ſi confirmatus in eodem loco fuerit, idipſum faciat intra octo dies, poſtquam de ipſa confirmatione certior factus fuerit.

4 Itaque nutu Prælati, iuxta tenorem Regulę Prępoſitus, cęterique Officiales inſtituantur; & inde rurſus amoueantur, cum conſilio tamen Seniorum ſuorum.

5 In noua Officialium, vel depoſitione, vel publicatione, Prælatus legat in Conuentu ordinationes, & admonitiones factas in Capitulo Generali; quæ ter in anno legendæ ſunt, ne quis de ignorantia ſe excuſet, cum videlicet Prælatus redierit à Capitulo, circa Feſtum omnium Sanctorum, & circa Quadrageſimam.

6 Conſtituimus etiam, vt caſu quo Pręlatus moreretur, aut ad Capitulum Generale proficiſceretur, omnis eius in ſpiritualibus auctoritas remaneat penes Priorem. Quæ auctoritas duret, donec ad Monaſterium veniat nouus Prælatus, vel priſtinus reuertatur, etiam ſi loco Prælati relictus, alteri Monaſterio fuiſſet aſſignatus.

7 Volumus autem, eo tempore id obſeruari, quod Prælatus conſtituerit, antequam moreretur, vel ad Capitu-

Capitulum pergeret. Quòd ſi Prior, vel alius Superior contrafecerit, & ſcandalum ob id ortum fuerit, deponatur. Si autem res minoris momenti fuerit, ſtet per menſem in loco ſuæ profeſſionis; vt obedientiam, & humilitatem diſcat.

8 Similiter, ſi contigerit Prælatum ad Capitulum non acceſſiſſe, ceſſante cauſa manifeſtæ infirmitatis, aut alia legitima cauſa, iudicio Patris Præſidentis, aut Viſitatorum approbanda, ipſo facto, vt cæteri Prælati fuerint in Capitulo abſoluti, ipſe quoque abſolutus intelligatur; & in Priorem Clauſtralem tunc, & eo caſu, omnis, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, transferatur poteſtas, vſque ad nouam prouiſionem Monaſterij.

9 Secus autem, ſi cum licentia præfatorum, aut iuſto infirmitatis impedimento, remanſerit: Tunc ei continuatam omnem poteſtatem vſque ad nouum Prælatum, vel ſuam confirmationem, declaramus.

10 In ſupradictis caſibus Cellerarij, & alij, qui temporalia curant, interim recurrant ad prædictum loco Prælati conſtitutum, ipſique pareant, & eius conſilio omnia faciant.

11 Sed præter caſus prædictos, Prælati declarent (dum abeſſe contigerit) quam auctoritatem relinquant ſuo in loco remanentibus, tàm circa reſeruatos, quàm circa reliqua occurrentia.

12 Caueant intereà Priores Clauſtrales diligenter, ne Prælatis ſuis abſentibus, eſtimantes ſe ſecundos Abbates, Fratribuſque gratificari cupientes, nouitates facere, & præter ordinationum tenorem, ſeu rationabi-

lem

lem conſuetudinem, diſpenſare, vel recreationes concedere vllo pacto de cętero pręſumant, ſi ſecus fecerint, grauiter puniantur.

13 Quapropter ordinamus, ne illi immediatè Monaſterio, in quoquis Prior fuerit, poſſit in Pręlatum deputari; ſed ſi promouendus fuerit, alij Monaſterio promoueatur deputandus.

De Oſtiario Monaſterij.

CAP. LXVI.

AD portam Monaſterij ponatur Senex ſapiens, qui ſciat accipere reſponſum, & reddere; cuius maturitas eum non ſinat vagari. Qui Portarius cellam debet habere iuxta portam, vt venientes ſemper præſentem inueniant, à quo reſponſum accipiant. Et mox, vt aliquis pulſauerit, aut pauper clamauerit; Deo gratias; reſpondeat, aut Benedicat; & cum omni manſuetudine timoris Dei, reddat reſponſum feſtinantur cum feruore charitatis. Qui Portarius, ſi indiget ſolatio, iuniorem Fratrem accipiat, Monaſterium autem, ſi fieri poteſt, ita debet conſtrui, vt omnia neceſſaria, ideſt aqua, molendinum, hortus, piſtinum, vel artes diuerſæ intra Monaſterium exerceantur, vt non ſit neceſſitas Monachis vagandi foras; quia omninò non expedit animabus eorum. Hanc autem Regulam ſæpius volumus in Congregatione legi, ne quis Fratrum de ignorantia ſe excuſet.

DE-

DECLARATIO.

Ibi : Ad portam Monaſterij ponatur Senex.

1 NON tàm ætate, quam moribus.

Ibi : Monaſterium ſi fieri poteſt ita debet conſtrui :

2 QVIA ſæpè ex multa auiditate ædificandi magnas iacturas Monaſteria patiuntur; & plerumque ipſa ædificia, regulariter viuentibus minus congrua, conſtruuntur, dum pro libito quiſque ędificare ſatagit. Idcircò ordinamus, & conſtituimus, vt ædificia Monaſteriorum non facile, aut præcipitanter per Prælatos noſtræ Congregationis, aut conſtruantur, aut deſtruantur.

3 In ipſis igitur ædificijs, ſi res extiterit parui sũptus, puta quinquaginta ſcutorum (dummodo Monaſterium non ſit ære alieno grauatum) & modicæ nouitatis, fieri à Prælatis permittimus. Si verò paulò maioris ſumptus, & nouitatis, faciant cum conſenſu ſeniorum ſuorum, votis ſecretis.

4 Quod ſi ædificia ipſa grandis ſumptus eſſent, aut notabilis nouitatis, non fiant ſine conſenſu prædictorum Prælatorum, & ſeniorum; addita etiam licentia, ſeu conſenſu Capituli Generalis, vel Regiminis.

5 Et hæc ipſa notabilitas conſideretur ſecundùm condi-

conditiones Monaſteriorum, habito reſpectu ad expenſas, ſeu nouitates, ſeu aliam rem nota dignam, quia ſæpè contingit, paruam rem puta ſcalam, Oſtium, & huiuſmodi maioris eſſe nouitatis quàm vnius Cameræ ædificium.

6 Si autem contigerit, fabricam aliquam notabilem fieri debere in Monaſterio, vbi Prælatus fuerit Præſidens; aut Viſitator, aduocetur alter Viſitator, qui ſi accedere non poſſit, aduocentur duo Patres viciniores.

7 Cum verò euenerit, Viſitatorem diſcordare à ſenſu Patris Monaſterij, & Deputatorum, aut aliter ſimul concordare non poſſe, tunc differatur ad Capitulum, aut recurratur ad Regimen: & audita ſententia Viſitatorum, aut aliorum Patrum viciniorum, necnon Prælati, & ſeniorum, ſtetur iudicio maioris partis eorum.

8 Et prædicta intelligantur non ſolum de actu ædificandi, ſed etiam de modo: qualiter ſcilicet conſtrui debeat.

9 Vnde in omnibus Congregationis noſtræ Monaſterijs, ſi iuxta prædictum ordinem ædificare contigerit, prius moduli fiant arbitrio Præſidentis, & Viſitatorum, adiunctis alijs duobus Prælatis.

10 Nullus verò Prælatorum audeat mutare ipſos modulos, aut ædificia per alios incepta, niſi de Capituli Generalis, vel ſaltem Viſitatorum licentia, addito etiam peritorum conſiglio. Et ſi quis voluerit in Monaſterio, vbi aliquod huiuſmodi inceptum ſit, ædificare, teneatur omninò fabricas cæptas perficere,

nec

nec aliunde initium ædificandi ſumere poſſit.

11 In quibus quidem ędificijs, vbique vitentur cuiuſuis generis ornamenta, & præſertim in cameris, & hoſpitijs, præterquam in Eccleſijs, rebuſque Eccleſiaſticis Diuino cultui dicatis.

12 Præterea ordinamus, ne quis Congregationis noſtræ Prælatus, Rector, aut Cellerarius propter huiuſmodi ędificia conſtruenda, Monaſterium ære alieno grauet; nec vltra Monaſterij ſui poſſibilitatem, hoc eſt annuum prouentum, pecunijs alienis, ſine Capituli Generalis, aut duorum Viſitatorum ad minus licentia; quæ non eſt concedenda, niſi in caſu euidentis neceſſitatis, vel vtilitatis, ædificare, vel emere bona immobilia audeant.

13 Conſtitutioni huic noſtræ, ſi quis contrafacere auſus fuerit, pœnæ priuationis dignitatis, Regiminis, & Officij in proximo futuro Capitulo ſubiacebit, diſtrictè iniungentes Viſitatoribus, vt ſuprà huiuſmodi contrauentionibus, petito prius, & accepto in actu Viſitationis iuramento, inquirant. Et informationem deſuper captam, Diffinitoribus deferant, à quibus erunt culpabiles puniendi pœnis prædictis.

De Fratribus in via directis.

CAP. LXVII.

Dirigendi Fratres in via, omnium Fratrum, vel Abbatis orationi ſe commendent. Et ſemper ad orationem vltimam operis, commemoratio

memoratio omnium abſentium fiat. Reuertentes autem de via Fratres, ipſo die, quo redeunt, per omnes Canonicas horas dum expletur opus Dei, proſtrati ſolo Oratorij, ab omnibus petant orationem propter exceſſus, ne quid fortè ſubripuerit in via viſus aut auditus malæ rei, aut ocioſi ſermonis. Nec præſumat quiſquam alijs referre quęcumque foris Monaſterium viderit, aut audierit, quia plurima deſtructio eſt. Quod ſi quis deſumpſerit, vindictæ Regulari ſubiaceat. Similiter, & qui præſumpſerit Clauſtra Monaſterij egredi, vel quocumque ire, vel quidpiam quamuis paruum, ſine Abbatis iuſſione, facere.

DECLARATIO.

Ibi: Ad orationem vltimam.

1 OB hoc addimus in fine orationis, quam dicimus in memoriam Beatæ Mariæ Virginis, quæ eſt vltima oratio: Diuinum auxilium &c.

Ibi: Referre.

2 CVrent omninò Patres, vt hæc pars Regulæ obſeruetur; & tranſgreſſores grauiter puniantur, quia plurima deſtructio eſt.

3 Quapropter, ſi quis in hoc notabiliter exceſſerit, dicat ſuam culpam in Capitulo, & comedat in terra in pane, & aqua in Refectorio, arbitrio Prælati, toties quoties contrauenerit.

Ibi:

Digitized by Google

Ibi: Sine iuſſione Abbatis.

4 HÆC iuſſio accipitur aliquando pro licentia; ideò inhibemus, ne quis Fratrum noſtræ Congregationis ſine iuſſione, vel licentia Abbatis, vel eius, qui ipſo abſente illius gerit vices, extra Monaſterium, vel Clauſuram egredi audeat; grauiter ſi contrafecerit pro qualitate exceſſus puniendus.

5 Habita verò licentia, genibus flexis benedictionem petat, tàm diſcedens, quàm reuertens. ſi qui contrafecerit grauiter puniatur.

6 Nullus Noſtrorum poſſit accedere ad Præſidentem, ſeu Viſitatores, exiſtentes in alio Monaſterio, niſi habita licentia à Prælato ſuo, ſiuè ab ipſis Viſitatoribus, & Præſidente.

7 Et ſi quis mutatus habuerit Syndicatum, aut Procurationis mandatum in Perſonam ſuam à Monaſterio, à quo recedit, penitus interdicimus, vt non præſumat eo amplius vti; arbitrio Capituli Generalis, vel Regiminis, ſi aliter præſumpſerit puniendus. Et ad cautelam volumus omninò, vt in ſalutem mutatione, reuocentur huiuſmodi Syndicatus.

8 Statuimus etiam, quod licentia eundi ad Affines, vel Conſanguineos viſitandos, vel ad alia loca recreationis cauſa, vltra vnius diei iter à Monaſterio, in quo petens licentiam deputatus fuerit, à nemine poſſit concedi, præterquam à Capitulo Generali. Quod ſi quis Prælatus voluerit aliquem ex ſuis Monachis ad aliud quodcumque vicinum Monaſterium, recreatio-

nis, vel negotij priuati cauſa, mittere, non prius id faciat, quàm conſentiat Prælatus eius Monaſterij, ad quod eum mittere intendit.

9 Si verò intrà annum neceſſitas accideret aliquibus, vltra vnius diei iter eundi, tunc Pater Præſidens, vel primus Viſitator illius Prouinciæ, in qua non fuerit Pater Præſidens, poſſit prædictam licentiam concedere: hoc tamen addito, quòd, cum ad beneficium dictorum conſanguineorum ire petierint, de cætero ipſorum conſanguineorum expenſis, & ſumptibus vadant, ne Monaſteria noſtra grauentur.

10 Prohibemus autem noſtris negotia, & lites conſanguineorum, & Affinium, aliorumue Sæcularium amplecti, & præſertim ne ad tribunalia quæuis accedant, niſi ex vrgentiſſima extremæ neceſſitatis cauſa à Prælato cognoſcenda.

11 Euntes vltrà vnius diei iter, portent ſecum literas teſtimoniales Prælati ſui, ſine quibus ſi fuerint inuenti, carceri mancipentur. Quas item literas mutati ad alia Monaſteria accipiant à Superioribus Monaſteriorum, e quibus mutati ſunt.

12 Curantes quoque iuxtà Regulam, omne periculum proprietatis euitare, volumus, quòd mutati, cum primùm ad locum ſuæ mutationis peruenerint, pecuniam, reſque omnes Superiori deferant, intra triduum, Depoſitario conſignandas, aliter in pane, & aqua ieiunent. Quam pœnitentiam toties ieiunent, quot diebus id facere diſtulerint.

13 Et quoniam ex vagatione Monachorum multa oriri poſſunt ſcandala, caueant omninò Patres quantùm

fieri

fieri poteſt, à mutationibus eorum, & præſertim iuniorum, & non Sacerdotum; qui non niſi ex vrgentiſſima neceſſitate, ſunt mutandi, & cum hoc acciderit, ad loca viciniora. Nec aliter, alioue modo mutentur: Mutati verò recta via proficiſcantur, nuſquam declinantes, & notent per ordinem omnes expenſas, quas in itinere fecerint.

14. Quod ſi mutati, pecuniam pro veſtibus acceptam, præter neceſſarias itineris expenſas, in alijs ſuperfluis, ſine licentia Prælati ſui, expenderint; vt in eo in quo deliquerint, puniantur, non teneatur Prælatus ipſas veſtes eis concedere. Et ad euitandas fraudes, ſcriptum habeant à Superiore Monaſterij vnde receſſerint, continens omnia, quæ ſecum deferunt, tàm in pecunia, quàm in libris, & veſtibus, & cæteris omnibus, reſeruato Prælati arbitrio circa numerum, & qualitatem librorum ferendorum. Qui ſufficientiam, profeſſionem, & indigentiam mutati, nec non diſtantiam loci conſiderabit, quod ratio dictabit, conceſſurus. Conficiantque aliud ſcriptum prædicto ſimile, quod in Monaſterio vnde diſcedunt, relinquant, quod autem ſecum deferant, Prælato Monaſterij, ad quod accedunt, ſtatim conſignent. Qui contra fecerit, ieiunet in pane, & aqua, in terra in Refectorio; & nihilominus ſupradicta facere teneatur. Nec poſſint Cellerarij, aut alij accipere à Fratribus, aut retinere pecunias, aut etiam eas deſcribere in Libro computorum Monaſterij.

15. Quo autem ad expenſas mutationum, prouideatur mutatis à Monaſterijs à quibus recedunt, & ſeruetur

 modus

modus pręſcriptus in libello noſtro, vulgo appellato la Tariffa. Ipſi quoque mutati portent literas Superiorum ſuorum, pręſcribentes iter, à quo deuiare non poſſint, ſub pœna carceris. Pręlati vero mutati prouideantur à Monaſterijs, ad quę tendunt.

16 Prohibemus inſuper, ne quouis colore, vel pretextu, Pręlati retinere poſſint Monachos mutatos à quouis Monaſterio, quominus ad Monaſteria, ſibi aſſignata à Capitulo Generali, vel Regimine, pergant.

17 Statuimus etiam, quod ſi qui Venetias accedere voluerint, neceſſariò vltra licentias Pręlatorum Venetiarum, habeant etiam licentiam Patris Pręſidis, aut Viſitatoris vnius ſuę Prouincię.

18 Si qui verò Monachi ob deprauatos eorum mores, à Pręlatis omnibus recuſentur, in carcerem Monaſterij ſuę Profeſſionis detrudantur; donec reſipiſcant, & beneuolos inuenerint receptores, prout ſtatuitur in ſupradicto Breui Clementis Octaui.

Si Fratri impoſſibilia iniungantur.

CAP. LXVIII.

SI cui Fratri aliqua fortè grauia, aut impoſſibilia iniunguntur, ſuſcipiat quidem iubentis imperium, cum omni manſuetudine, & obedientia. Quod ſi omninò virium ſuarum menſuram viderit pondus excedere, impoſſibilitatis ſuæ cauſas ei, qui ſibi preeſt, patienter, & opportunè ſuggerat non ſuperbiendo, aut reſiſtendo, vel contradi-

cendo. Quod ſi poſt ſuggeſtionem ſuam, in ſua ſententia Prioris imperium perdurauerit, ſciat iunior ita ſibi expedire, & ex charitate, confidens de adiutorio Dei, obediat.

Vt in Monaſterio non præſumat alter alterum defendere.

CAP. LXIX.

SVmmoperè pręcauendum eſt, ne quauis occaſione præſumat alter alterum defendere Monachum in Monaſterio, aut quaſi tueri; etiamſi qualibet conſanguinitatis propinquitate iungantur. Nec quolibet modo id à Monachis præſumatur, quia exinde grauiſſima occaſio ſcandalorum oriri poteſt. Quod ſi quis hæc tranſgreſſurus fuerit, acrius coerceatur.

DECLARATIO.

Ibi: Alter alterum defendere.

a CAueant ſummopere Abbates omnes occaſiones patrocinandi cuiquam ex noſtris contra alium, vel Abbatem, aut Superiorem, niſi iuſtis, & vrgentiſſimis de cauſis. Hoc enim eſt maximum diſcordię, & ruinę ſeminarium in Congregatione: imo etiam, & pernicioſiſſimum inobedientię, ac pręſump-

Digitized by Google

ſumptionis fomentum in ſubditis, qui ſe protectos agnoſcentes, audent non audenda, non tentanda tentant. In hoc autem Viſitatores maximè inuigilent, referantque tales exceſſus (ſi quos inuenerint) Diffinitoribus, vel Regimini, vt ſuam auctoritatem, pro oportuno remedio, interponant.

Vt non preſumat quiſquam aliquem paſsim cedere, aut excommunicare.

C A P. L X X.

VT vitetur in Monaſterio omnis præſumptionis occaſio, ordinamus, atque conſtituimus, vt nulli liceat quemquam Fratrum ſuorum excommunicare, aut cedere, niſi ſi cui poteſtas ab Abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, vt cæteri metum habeant. Infantibus verò vſque ad quintumdecimum annum ętatis, diſciplinę diligentia ſit, & cuſtodia adhibeatur ab omnibus. Sed, & hoc, cum omni menſura, & ratione. Nam in fortiori ætate, qui præſumpſerit aliquatenus ſine præcepto Abbatis, vel in ipſis Infantibus, ſine diſcretione exarſerit, diſciplinæ Regulari ſubiaceat, quia ſcriptum eſt; Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

DE-

Digitized by Google

DECLARATIO.

Ibi : Cedere.

1 SED nec etiam increpare, ſiue corripere, tàm Profeſsum, quàm Nouitium, ſeu Commiſſum, nec alio, quàm proprio nomine apellare, vel aliter indecenter, & deriſoriè nominare. Si quis contrafecerit, teneatur dicere ſuam culpam in Capitulo, grauiter pro exceſſus qualitate puniendus.

2 Sed ſi quis aliquid punitione dignum, in aliquo cognouerit, ſtudeat Prælato, aut Senioribus notificare, ad quos huiuſmodi correctiones ſpectare decernimus.

3 Frater autem fratrem delinquentem, charitatiuè, humanis verbis, & cum humilitate admoneat.

4 Et vt pax, & charitas inter Nos illibata ſeruetur, & cunctis tranſgrediendi materia præcidatur, Ordinamus, quod ſi quis ex noſtris, ſuadente Diabolo auſus fuerit in aliquem vti verbis comminatorijs, turpibus, aut iniurioſis, dicat ſuam culpam in Capitulo, comedatque in pane, & aqua, in terra in Refectorio cum zona ad collum.

5 Si in Perſonam Superioris deliquerit, vltra dictas pœnas, diebus octo maneat degradatus; ſi in Prælatum per menſem.

6 Si quis verò Superiorum infrà Prælatum, modo quo ſupra, in inferiorem deliquerit, ieiunet ſemel in pane, & aqua in Refectorio, comedens in terra cum zona ad collum.

6 Et ſi quis alium ſuadente Diabolo percuſſerit, præterquam quod eſt ipſo iure excommunicatus, illicò etiam carceri mancipetur, arbitrio Prælati, & Viſitatorum, etiam extra Viſitationis tempus, pro circumſtantijs, & qualitate caſus extrahendus.

7 Quoties autem aliqua orta fuerit, inter Noſtros, ſiue Superiores, aut Prelatos, contentio, adhibeatur reſpectiuè per Prelatos, aut Preſidem, vel Viſitatores, aut Regimen, omnis opera, vt ſtatim reconcilientur; aliter ſi recuſauerint, & admoniti, obſtinati perſtiterint, ſi Superiores fuerint, omni pręterea gradu priuentur, ſi inferiores, carceri mancipentur ad arbitrium Regiminis. Quod ſi poſt reconciliationem, compertum fuerit ſimultates inter ſe gerere, ſi priuati fuerint, de loco ſuę profeſſionis poſt omnes deijciantur, ſi Superiores, etiam Prelati, à gradu, & adminiſtratione ſuſpendantur, donec conſtet verè reconciliatos eſſe, & officia charitatis ſibi inuicem exhibere.

Vt obedientes ſint ſibi inuicem Fratres:

CAP. LXXI.

OBedientiæ bonum, non ſolum Abbati exhibendum eſt ab omnibus, ſed etiam ſibi inuicem ita obediant Fratres; ſcientes ſe per hanc obedientiæ viam, ituros ad Deum. Præmiſſo ergo Abbatis, aut Præpoſitorum, qui ab eo conſtituuntur, imperio

imperio (cui non permittimus priuata imperia præponi) de cætero, omnes iuniores Prioribus ſuis, omni charitate, & ſollicitudine obediant. Quod ſi quis contentioſus reperitur, corripiatur. Si quis autem pro quauis minima cauſa, ab Abbate, vel à quocumque Priore ſuo corripiatur quolibet modo, vel ſi leuiter ſenſerit animum Prioris cuiuſcumque contra ſe iratum, vel commotum, quamuis modicè, mox, ſine mora, tandiù proſtratus in terra ante pedes eius iaceat ſatisfaciens, vſque dum benedictione ſanetur illa commotio. Quod ſi quis contempſerit facere, aut corporali vindictæ ſubiaceat, aut ſi contumax fuerit, de Monaſterio expellatur.

DECLARATIO.

Ibi: Si leuiter ſenſerit animum Prioris iratum, vel commotum.

1 HANC iram, vel commotionem, maximè ex iniuſta cauſa, quantùm fieri poteſt, Superiores euitent. Qui tamen ſi commouebũtur, vt Regula pręcipit, eorum inferioribus genuflexis ſatisfacientibus beniguiſſimè ignoſcant, ac eis benedicant, ſicut Regula dicit. Nec vtantur Superioritate, & auctoritate ſua ad vindictam; pręſertim dicendo verba contumelioſa, & prouocantia, ſub pœna ſuſpenſionis à Decanatu per menſem, & amplius, ſecundum qualitatem exceſſus; ſed omni charitate, & manſuetudine vtantur in reprehenſionibus, & correctionibus.

Si

Si tamen eorum exceſſus pœnitentiam merebitur, nullus eam, niſi Prælatus, aut aliqui Superiorum, ad quos ſpectat, eam delinquentibus imponat.

De Zelo, quem debent habere Monachi.

CAP. LXXII.

SIcut eſt Zelus amaritudinis malus, qui ſeparat à Deo, & ducit ad infernum, ita eſt Zelus bonus, qui ſeparat à vitijs, & ducit ad Deum, & ad vitam æternam. Hunc ergo Zelum ferventiſſimo amore exerceant Monachi, ideſt, vt honore ſe inuicem præueniant. Infirmitates ſuas, ſiue corporum, ſiue morum, patientiſſimè tolerent. Obedientiam ſibi certatim impendant. Nullus, quod ſibi vtile iudicat, ſequatur, ſed quod magis alij; Charitatem Fraternitatis caſto impendant amore; Deum timeant; Abbatem ſuum ſincera, & humili charitate diligant; Chriſto omninò nihil præponant; Qui nos pariter ad vitam æternam perducat. Amen.

De

De eo, quod non omnis obſeruatio Iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta.

CAP. LXXIII.

Egulam autem hanc deſcripſimus, vt eam obſeruantes in Monaſterijs aliquatenus, vel honeſtatem morum, aut initium conuerſationis nos demonſtremus habere. Cæterum ad perfectionem conuerſationis, qui feſtinant, ſunt doctrinæ Sanctorum Patrum, quarum obſeruatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. Quæ enim pagina, aut quis ſermo Diuinæ auctoritatis veteris, ac noui Teſtamenti non eſt rectiſſima norma vitæ humanæ? Aut quis liber Sanctorum Catholicorum Patrum hoc non reſonat, vt recto curſu perueniamus ad Creatorem noſtrum? Necnon, & Collationes Patrum, & Inſtituta, & Vita eorum, ſed, & Regula Sancti Patris noſtri Baſilij, quid aliud ſunt, niſi benè viuentium, & obedientium Monachorum exempla, & inſtrumenta virtutum? Nobis autem deſidioſis, & male viuentibus, atque negligentibus rubor confuſionis eſt. Quiſquis ergo ad Patriam Cœleſtem feſtinas, hanc minimam inchoationis Regulam deſcriptam adiuuante Chriſto, perfice; & tunc demum ad maiora, quæ ſupra commemorauimus doctrinæ, virtutumque culmina, Deo protegente, peruenies. Facientibus hæc, Regna patebunt æterna. Amen.

DE-

DECLARATIO.

1 QVIA tàm Sanctus Pater BENEDICTVS, hanc Regulam ſcribendo, quàm etiam nos, locis congruis, & opportunis declarando, nihil aliud, quàm morum emendationem, ac Religioſæ vitæ ſanctimoniam, atque eam animę puritatem, & innocentiam Monachis, dum in hac peregrinatione verſantur, perſuadere intendimus, qua, poſtquam ab huius exilij ærumnis abſoluti fuerint, mox ſine Purgatorij pœnis, quantum poſſibile eſt, ad auctorem ſuum læti reuertantur; & quia humana fragilitate obſtante, non ſemper aſſequimur, quod intendimus, ſed in multis offendimus omnes, & ſepties in die cadit iuſtus; ęquum & pium eſt, vt curam, & ſedulitatem, quam viuentibus ad profectum exhibuimus, vita quoque functis, ſeriò impendamus: vt ſi quas, à prędicti Beati Patris, & noſtris monitis deuiantes, maculas contraxerunt, huiuſmodi pijs, ac fraternis ſuffragijs expiati, ad felicem illam requiem, & auctoris ſui beatiſſimam viſionem, ociùs transferantur.

2 Ideo cum aliquis Monachus, Nouitius, vel Commiſſus, peracto curſu huius labilis, & ęrumnoſę vitę, ſpiritum Domino Creatori ſuo reddiderit, vt charitas viuenti exhibita, etiam defuncto ſeruetur, Volumus, vt in loco, vbi Frater in Domino requieuit, vel ſepulturæ traditus fuerit, officium totum perſoluatur ſecundum Rubricam Romanæ Eccleſiæ in die funeris. Celebretur etiam ſolemniter Miſſa, ſi fieri poteſt, &

tem-

tempus permiſerit, alias ſequenti die; Die quoque Tertio, Septimo, Trigeſimo, & Anniuerſario Depoſitionis, ſemel tantùm Miſſa Conuentualiter cantetur cum Reſponſorio: Libera me Domine, cum Verſibus ſuis & Oratione, ſicut moris eſt; dicanturque triginta Miſſæ in Monaſterio, in quo requieuit, prò animæ eius remedio; quarum diſtribuendarum cura ſit Sacriſtæ eiuſdem Monaſterij. Pater verò Monaſterij ipſius, in quo defunctus eſt Frater, ſcribat omninò cæteris Prælatis Congregationis, notificando diem dormitionis in Domino, & nomen Defuncti, nec prætermittatur ex negligentia, in detrimentum Animæ ſuæ, & Proximi Defuncti.

3 Præterea, ſtatim ac innotuerit obitus cuiuſpiam noſtræ Congregationis, niſi aliud obſtiterit (præterquam quod in omnibus Monaſterijs Celebranda erit Miſſa Conuentualis pro Anima eius Defuncti) obſeruata illius conditione, Suffragia particularia offerenda erunt hoc ordine; videlicet pro Abbate regiminis, decem Miſſæ ab vnoquoque Abbate regiminis, totidemque pro Abbate titulari à ſingulis pariter Titularibus celebrabuntur. Pro Priore Clauſtrali, ſiue Titulari, à Prioribus reſpectiuè Clauſtralibus vel Titularibus decem. Tres verò à ſingulis Decanis pro Decano, & vna à ſingulis Sacerdotibus pro Sacerdote. Pro Clerico autem ſemel perſoluendum Officium Defunctorum duplex à quouis Clerico, pro Commiſſo & Commiſſis omnibus Coronam maiorem de Domina, alias Roſarium dictam cum Requiem æternam &c. in fine cuius vis decadis, eſſe recitandam ſtatuimus:

mus: Intendentes etiam, quod ſinguli Sacerdotes noſtri, ſiue in dignitate, aut gradu conſtituti, ſiue non, teneantur admittere ad participationem in triginta Miſſis quoſcumque Noſtræ Congregationis Defunctos, de illis facientes memoriam expreſsè vel ſecretò. Quod idem iniungimus cęteris Monachis in Officijs Mortuorum, & Commiſſis in conſueta ſuarum Orationum recitatione per triginta dies.

4 Et quia poſt precum emiſſionem, ad leuandos Purgatorij cruciatus, multum confert eleemoſyna, Ordinamus, quod in Monaſterio, in quo Frater deceſſit è vita, ponantur quotidie in loco, vbi ſedere ſolitus erat ad menſam in Refectorio, omnes cibi, & vinum, ſicut ſingulis datur, ac ſi viueret. Quę poſtmodum dentur pro eleemoſyna alicui pauperi, vel pluribus, pro Anima ipſius Defuncti, aut tantumdem, ſicut Superior ordinauerit, vſque ad triginta dies. Nullusque ſedeat in loco illo, ſed vacuo remanente, apponatur Crux parua lignea ſuper menſam, iuxta locum vacuum, in memoriam Defuncti, vt cęteri memoria mortis compuncti, & pro ipſo feruentiùs orent, & ad perfectiùs viuendum excitentur.

5 Ordinamus inſuper, quod ſingulis annis imponantur triginta Miſſę cuilibet Monaſteriorum in abſolutione Capituli Generalis, pro habentibus literas gratioſas, qui fortè illo anno deceſſerint: Nec non triginta alię pro noſtris Religioſis Defunctis.

6 Charitatis etiam affectum erga Fratres Congregationis noſtrę exercere volentes, vniuerſos Parentes, Fratres, Sorores Monachorum, & Commiſſorum,

no-

noſtrorum pręſentium, & futurorum, ad participationem omnium bonorum, quę in noſtra fiunt, & fiant Congregatione (ſicut fit cum illis, quibus literę gratioſę conceduntur) admittimus; prohibentes, ne quis de cętero pro prędictis literas gratioſas requirat.



S.GRE-

Digitized by Google

S. GREGORIVS ROMANVS PAPA Huius nominis Primus.

DE APPROBATIONE REGVLÆ S. PATRIS BENEDICTI.

Ex Priuilegio, Monaſterio Sublacenſi conceſſo.

EGO GREGORIVS Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præſul, ſcripſi Vitam Beati Benedicti; & legi Regulam, quam ipſe Sanctus manu propria ſcripſit. Laudaui eam: & confirmaui in Sancta Synodo; & per diuerſas partes Italiæ, & vbicumque Latinæ litteræ legerentur, præcepi, vt diligentiſſimè obſeruarent, quicumque ad conuerſionis gratiam acceſſuri eſſent, vſque in finem Mundi. Et confirmo duodecim Monaſteria, quæ ipſe Sanctus conſtruxit.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM REGVLÆ S. P. N. BENEDICTI.

Cap.		Pag.
	PRologus Regulæ.	1
1	De Generibus, & Vita Monachorum.	7
2	Qualis debeat eſſe Abbas.	8
3	De adhibendis ad conſilium Fratribus.	13
4	Quæ ſunt inſtrumenta bonorum operum.	17
5	De obedientia Diſcipulorum.	20
6	De Taciturnitate.	22
7	De Humilitate.	25
8	De Diuinis Officijs in noctibus.	33
9	Quot Pſalmi dicendi ſunt in nocturnis horis.	35
10	Qualiter æſtatis tempore agatur nocturna laus.	36
11	Qualiter Dominicis diebus Vigiliæ agantur.	37
12	Qualiter Matutinorum ſolemnitas agatur.	38
13	Priuatis diebus qualiter Matutini agantur.	39
14	In Natalitijs Sanctorum qualiter Vigiliæ agantur.	41
15	Alleluia quibus temporibus dicatur.	42
16	Qualiter Diuina opera per diem agantur.	42
17	Quot Pſalmi per eaſdem horas dicendi ſunt.	43
18	Quo ordine ipſi Pſalmi dicendi ſint.	45

Digitized by Google

19 *De diſciplina pſallendi.* 48

20 *De Reuerentia Orationis.* 50

21 *De Decanis Monaſterij.* 52

22 *Quomodo dormiant Monachi.* 58

23 *De Excommunicatione culparum.* 62

24 *Qualis debeat eſſe modus Excommunicationis.* 62

25 *De grauioribus culpis.* 63

26 *De ijs, qui ſine iuſſione Abbatis iunguntur Excommunicatis.* 65

27 *Qualiter debeat eſſe ſolicitus Abbas circa Excommunicatos.* 66

28 *De ijs qui ſæpius correcti non emendantur.* 67

29 *Si debeant iterum recipi Fratres exeuntes de Monaſterio.* 69

30 *De Pueris minori ætate qualiter corripiantur.* 73

31 *De Cellerario Monaſterij.* 75

32 *De ferramentis, & rebus Monaſterij.* 80

33 *Si quid debeant Monachi proprium habere.* 86

34 *Si omnes æqualiter debeant neceſſaria accipere.* 90

35 *De ſeptimanarijs coquinæ.* 91

36 *De infirmis Fratribus.* 93

37 *De Senibus, vel Infantibus.* 96

38 *De hebdomadario Lectore.* 97

39 *De menſura ciborum.* 100

40 *De menſura potus.* 103

41 *Quibus horis oporteat reficere Fratres.* 104

42 *Vt poſt Completorium nemo loquatur.* 108

43 *De ijs, qui ad opus Dei, vel menſam tardè occurrunt.* 109

44 *De ijs, qui excommunicantur quomodo ſatisfaciant.*

Digitized by Google

ciant. 113
45 *De ijs, qui falluntur in Oratorio.* 114
46 *De ijs, qui in alijs quibuslibet rebus delinquunt.* 115
47 *De ſignificanda hora operis Dei.* 116
48 *De opere manuum quotidiano.* 120
49 *De Quadrageſimæ obſeruatione.* 125
50 *De Fratribus qui longè ab Oratorio laborant, aut in via ſunt.* 127
51 *De Fratribus, qui non ſatis longè proficiſcuntur.* 127
52 *De Oratorio Monaſterij.* 128
53 *De Hoſpitibus ſuſcipiendis.* 130
54 *Si debet Monachus litteras, vel Eulogia ſuſcipere.* 137
55 *De Veſtimentis, & Calceamentis Fratrum.* 141
56 *De menſa Abbatis.* 148
57 *De Artificibus Monaſterij.* 148
58 *De Diſciplina ſuſcipiendorum Fratrum.* 150
59 *De Filijs Nobilium, vel Pauperum qui offeruntur.* 161
60 *De Sacerdotibus, qui voluerint in Monaſterio habitare.* 162
61 *De Monachis peregrinis qualiter ſuſcipiantur.* 164
62 *De Sacerdotibus Monaſterij.* 166
63 *De Ordine Congregationis.* 171
64 *De ordinando Abbate.* 179
65 *De Præpoſito Monaſterij.* 183
66 *De Oſtiario Monaſterij.* 188
67 *De Fratribus in via directis.* 191
68 *Si Fratri impoſſibilia iungantur.* 196
69 *Vt in Monaſterio non præſumat alter alterum defen-*

Digitized by Google

defendere. 197

70 *Vt non præſumat quiſquam aliquem paſſim cedere, aut excommunicare.* 198

71 *Vt obedientes ſint ſibi inuicem Fratres.* 200

72 *De Zelo bono, quem debent habere Monachi.* 202

73 *De eo, quod non omnis obſeruatio iuſtitiæ in hac ſit Regula conſtituta.* 203



Digitized by Google

INDEX RERVM,
QVÆ CONTINENTVR IN REGVLA
S. P. N. BENEDICTI,
Ac in Declarationibus ſuper eandem à Patribus Congregationis Caſinenſis editis.

Primæ Numerorum notæ indicant Paginam; Secundæ Capita; Tertiæ Paragraphos.

A

Abbas.

ABbas Chriſti vices geris in Monaſterio. Pag. 8. *Cap.* 2.

Nihil doceat extra Domini præcepta. 8. 2.

Redditurus eſt rationem inobedientiæ Diſcipulorum. 8. 2.

Debet verbis, & factis omnia bona, & ſancta oſtendere. 9. 2.

Caueat ne alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur. 9. 2.

Æqualem erga omnes habeat charitatem. 9. 2.

Pium Patris, & dirum Magiſtri oſtendat affectum. 10. 2.

Arguere debet, increpare, & obſecrare. 10. 2.

Curet vt Religioſi, etiam extra Monaſteria degentes, SS. Sacramenta, & celebrationes Miſſarum frequentent. pag. 11. *c.* 2. §. 1.

Interſit, quoad fieri poteſt, Choro, Refectorio, & cæteris obſeruantijs. 12. 2. 2.

Contra Criminoſos, & delinquentes procedat ex officio. 12. 3. 3.

Si fuerit negligens in grauioribus cauſis puniatur à Diffinitoribus, vel Regimine. 12. 2. 3.

Diſcretione & moderatione in regendo Subditos vtatur. 12. 2. 4.

Vocet Monachos ad conſilium in grauioribus cauſis. 13. 3.

In omnibus Magiſtram ſequatur Regulam. 13. 3.

In minoribus cauſis vtatur conſilio Seniorum tantũ & audito conſilio iudicet quod ſalubrius eſt. 13. 3.

Omnes

Omnes ad conſilium vocare debet pro receptione Nouitiorum ad Profeſſionem, pro Syndicatu, pro locationibus ad longum tempus, pro alienationibus & pro collatione beneficiorum, vbi eſt vſus. pag. 14. c. 3. §. 1.

Diſpenſare non poteſt à pœnitentijs taxatis à Conſtitutionibus quas obſeruari curet, & quas pœnitentias commutari poſſit. 64. 25. 2. 3. & 5.

Per ſe ipſum non exerceat adminiſtrationem rerum temporalium, ſed per Cellerarios. 79. 31. 8.

Habeat apud ſe inuentaria rerum Monaſterij. 81. 32. 1.

Non ſinat vllo pacto violari priuilegia Monaſteriorum. 81. 32. 4.

Ante, vel poſt Officialium abſolutionem denunciari ſibi faciat ab omnibus Libros, nummos, & reliqua pretioſa. 87. 33. 4.

Omnia etiam ad vſum Monachorum exiſtentia diſpenſet pro libito. 87. 33. 4.

Viſitet ter in anno Cellas Monachorum, & conſideret an ibi ſint Libri prohibiti. 88. 33. 5 & *pag.* 149. c. 55 §. 19.

Contra Proprietarios rigoroſè procedat. 89. 33. 9.

Curet ne Infirmi negligantur, & præcipuè qui; & ſi in hoc negligens ſit, à Regimine puniatur. 94. 36. 1. & 4.

Abbas, & non alius debet petere licentiam pro Infirmo, vt accedat ad Balnea. 95. 36. 5.

Bis in anno concedat facultatem confitendi peccata cui voluerint Pœnitentes. 99. 38. 6.

Cum quibus, & quando poſſit diſpenſare ſuper eſum carnium. 102. 39. 3.

Soli P. Præſidenti genuflectat pro benedictione, dum tardè ad Menſam, & Chorum accedit. 113. 43. 10.

Pro ſua prudentia diſponat horam diuini Officij, & refectionis. 107. 41. 6.

Inuigilet, vt deuote celebrētur Miſſæ à Sacerdotibus. 117. 47. 2.

Habita temporum, & locorum conſideratione, horas diuinorum Officiorum, Refectionis, Lectionum, & cæterorum exercitiorum diſponat. 122. 48. 1. & 7.

Sit facilis ad concedendam facultatem colloquendi per vnam horam poſt refectionē primæ Menſæ. 122. 48. 3.

Curet, vt tempore Aduentus, Ieiunium, & abſtinentia à

lacti-

lacticinijs reſeruetur. 126. 49. 3.

Monachis aliorum Monaſteriorum non mittat munera ſine facultate Pralati eorundem Monachorum 138. 54. 2.

Legat omnino Epiſtolas Monachorum. 140. 54. 6.

Caueat ab vſu, & pretio equorum, qui ſcandalum vel admirationem pariant apud ſeculares. 143. 55. 6.

Prouideat Monachis, & Commiſſis ſecundum indigentiam. 144 55. 9.

Quando ſine facultate Capituli, aut Regiminis poſſit mittere promouendum ad Sacros Ordines. 167. 62. 3.

Quem locum teneat Abbas loci præſente Præſidente vel Viſitatoribus. 147. 63. 6. 7. & 8.

Quo ordine Abbates debeant facere ſigna præeminentiæ. 175. 63. 10.

Abbas loci in ſua reſidentia alios pracedit. 175. 63. 11.

Domnus & Abbas, non vero Dominus appellatur. 178. 63. 20.

Abbas Caſinenſis quos, & quibus in locis præcedat. 177. 63. 14.

Abbas S, Pauli, & Abbas SS. Trinitatis Caua, quos, & quando pracedant. 178. 63. 16.

Ad quos ſpectet Abbatum electio. 181. 64. 1.

Soli Abbates Regiminis, & non Titulares interueniunt Capitulo Generali, & Dietis. 181. 64. 1.

Nullus in Abbatem eligendus, qui non fuerit per quinquennium actu Prior Regiminis. 181 64. 2.

Et qui non fuerit exercitatus in obſeruantia excepto Cancellario, & Capſario. 181. 64. 2.

Abbates noſtri eadem priuilegia habent, qua Benedicti. 181. 64. 2.

Locus inter Abbates nemini conceditur. 181. 64. 2.

Secundum merita, non ad fauorem Principum debet eſſe electio Abbatum, & nulla qua nam ſit. 181. 64. 4.

Membra Monaſteriorum, & beneficia ſibi ſubiecta viſitare tenentur Abbates. 182. 64. 3.

Accedere volentes ad Curiam Romanam, qua facultate indigeant. 182. 64. 4.

Non ſint executores vltimarum voluntatum. 182. 64. 5.

Euitent ſuperfluos apparatus in Cameris, puniendi ſi admoniti

moniti non abſtinuerint. 182. 64. 5.

Quænam ſit eorum poteſtas, & auctoritas in Monaſterijs. 182. 64. 6.

Recto tramite pergant ad Monaſteria ſibi aſſignata. 182. 64 6.

Quando, & quomodo debeat Abbas Priorem, & cæteros Officiales abſoluere ab Officijs ſuis, iterumque eos inſtituere. 185. 65. 1. 2. 3. 4. e 5.

Apud quem remaneat Abbatis poteſtas, ipſo Defuncto, vel ad Capitulum proficiſcente. 186. 65. 6.

Abbas ſine legitima cauſa ad Capitulum non accedens cenſeatur abſolutus cum cæteris Abbatibus, ſecus ſi cum legitima cauſa. 187. 65. 8. & 9.

Abbas diſcendens declaret quā auctoritatem relinquat ei, qui Superior conſtituitur. 187. 65. 11.

Abbatibus mutatis prouideatur pro expenſis à Monaſterijs ad quæ tendunt. 195. 67. 15.

Abbas non poteſt retinere Monachos Mutatos. 169. 67. 16.

Non licet Abbati contra alium Abbatem alicui patrocinari. 197. 69. 1.

Abbas Titularis.

Non poſſit ſcribere, nec recipere Epiſtolas inſcio Abbate Monaſterij. pag. 139. c. 54. §. 3.

Abbates Titulares immediatè ſtent poſt Abbatem Regiminis. 137. 63. 1. & 11.

Qui fuerunt de Regimine ſemper præcedant eos, qui non fuerunt Regiminis. 175. 63. 11.

Abſentibus Abbatibus Regiminis faciant ſigna præminentiæ. 175. 63. 11.

Stent immediatè in ſecunda ſede primi Chori. 175. 63. 11.

Sint ſubiecti Abbati Loci ſicut alij Monachi. 175. 63. 11.

Cum Capitulo Generali ſunt abſoluti teneant locum ſuæ profeſſionis. 175. 63. 11.

Qui non fuerunt Regiminis, Domo exeuntes, & reuertentes, ac tardè ad Chorum vel Refectorium venientes genuflectant Abbati Loci; Habeant veſtiarium ſimplex vt cæteri Monachi; & Famulus, aut Commiſſus eis deputatus alijs etiam inſeruiat exercitijs. 175. 63. 11.

Tenean-

Tenentur reuelare Abbati Loci pecunias, & res pretioſas. 175. 63. 11.
In Abbatẽ Titulares non poteſt aſſumi niſi qui fuit Abbas de Regimine, vel Prior Clauſtralis per quinquennium laudabiliter. 181. 64. 2.
Non interueniunt Capitulis Generalibus, aut Dietis. 181. 64. 1.

Ablutio Pedum.

Quibus exhibeatur ſolemniter & quomodo. 134. 53. 6. 8. 9.
Priuata, quibus fieri debeat. 134. 53. 6. 7.

Aduentus.

Tempore Aduentus recreationes non permittantur, nec facultates eundi ad alia loca vel Ciuitates etiam recreationis cauſa. 23. 6. 5.
A prima Dominica Aduentus vſque ad Natiuitatem Domini abſtinendum eſt à lacticinijs. 126. 49. 3.

AEdificia.

Quæ conditiones ſint ſeruandæ vt Abbates, & Superiores reliqui poſſint ædificia conſtruere. 189. 66. 2. & ſequentibus.

Alienatio.

Non alienentur bona immobilia vel mobilia precioſa ſine conſilio Monachorũ. 14. 3. 1.
Modus ſeruandi in alienationibus exponitur. 14. 3. 2. & ſequentibus.
Quanam ſint alienationes leues declaratur. 14. 3. 2.

Alleluia.

Quo tempore dicatur. 42. 15.

Anacoritæ.

Quinam ſint. 7. 1.

Apoſtatæ.

Promoti ad Sacros Ordines in Apoſtaſia ab eorum adminiſtratione perpetuò arceantur. pag. 171. c. 62. §. 17.

Artifices.

Nullus à Diuino Officio propter aliquam artem eſt facile eximendus, nec aliquid de quauis arte in Monaſterio exercita eſt vendendum ſine Prælati licentia. pag. 149. c. 75. §. 1.

Aſperſio Aquæ benedictæ.

Fit quotidie poſtCompletorium pag.45.c.17.§.4.

B

Balnea.

Conceduntur, quæ ſunt in Monaſterio, ſed ad ea quæ ſunt extra, Abbas petat licentiã à Capitulo Generali.pag.95 c.36.§.5.

Quis debeat expenſas facere pro Balneis Infirmorum.95 36.6.

Benedictio.

Danda à Superiore poſt Primam, & Completorium, & quæ datur poſt Completoriũ ſufficit pro præſentibus, & abſentibus. pag. 44. c. 17. §. 2. & 3.

Benedictionem petere in ſero à Superiore laudabile. 44. 17. 2.

Quando ſit ſola capitis inclinatione petenda.179.63 21

Petatur genibus flexis ab eo qui egreditur è Monaſterio, & reuertitur.193.67.5.

Benefactores.

Benefactorum commemoratio quotidie poſt Primam, & Completorium fiat. pag. 44. c.17. §. 1. & 4.

Beneficia.

Non conferantur ſine conſilio Monachorum vbi eſt vſus. pag.14.c.3.§.1.

Monaſterijs ſubiecta viſitentur ab Abbatibus.182.64.3

Bibere.

In Refectorio bibendum eſt poculis fictibilibus, extra Refectorium etiam vitreis. 104. 40. 1.

C

Calcaria.

Monachorum calcaria non ſint precioſa. pag.144.c.55.§.8.

Caligæ.

Caligæ, & pedules ſint albi coloris. 143. 55. 3.

Camiſciæ.

Monachis non conceduntur Camiſciæ, niſi ex legitimæ infirmitatis cauſa. 147. 55. 20.

Cancellarius.

Dummodo Prior fuerit poteſt

Digitized by Google

eligi in Abbatem, etiam non exercitatus in obſeruantia regulari. 181.64.2.

Cantare.

Qui debet cantare præuideat quod cantandum eſt. 117.47.2.

Vniformitas, & toni Monaſtici ſeruentur in cantu, & ſub qua pœna. 117.47.2.

Pro cantu habeantur Præceptores Monachi, vel extranei. 118.47.3.

Cantus.

In cantu Monaſtici toni ſunt ſeruandi. 48.19.2.

Nullo modo varietur in Officio Hebdomadæ Sanctæ. 49.19.3.

Habeantur libelli cãtum Hebdomadæ Sanctæ continentes. 49.19.4.

Capitulum Generale.

Solum Capitulum Generale poteſt creare Decanos Regiminis. 57.21.10.

Curet pœnitentias taxatas à Conſtitutionibus obſeruari à tranſgreſſoribus. 65.25.5.

Spectat ad Capitulum Generale, vel Regimen diſponere de fugitiuis in carcerem detruſis. 68.28.3.

Poteſt diſpenſare circa promouendos ad Sacros Ordines per annum. 168.62.4.

Soli Abbates Regiminis, & non Titulares interueniunt Capitulo Generali. 181.64.1.

Capitulum.

Capitulum tenendum ſingulis diebus poſt Primum, feſtis exceptis. 44.17.1.

Singulis diebus poſt Primam teneatur. 115.46.1.

Capſarius.

Dummodo Prior fuerit, eligi poteſt in Abbatem, etiam ſi non fuerit exercitatus in obſeruantia regulari. 181.64.2.

Carcer.

In quocunque Monaſterio ſint tuti carceres pro fugitiuis, & delinquentibus. 67.28.1.

Fugitiui in Carcerem detrudendi ad diſpoſitionem Capituli Generalis. 68.28.3.

Qui carceri ſemel eſt legitimè emancipatus, ijſdem conditionibus rehabilitetur ad gradus, quo fugitiuus. 72.29.8.

Ille cenſetur carceri legitimè emancipatus, qui ad carcerem per ſententiam eſt condemnatus. 72.29.8.

Qui ſine Literis Patentibus

ſuo-

ſuorum Superiorum iter fa-cit, in carcerem detrudatur. 72. 29. 9.

Recuſans pœnitentias, ſi obſti-natus maneat carceri man-cipetur. 64. 25. 2.

Carnes.

In Refectorio Obſeruantia in-terdicuntur, & in Refecto-rio Valetudinarij quando concedantur. 102. 39. 3.

Abbas cum quibus poſſit diſ-penſare ſuper eſum carniũ, & quando. 102. 39. 3.

Comedentes ſine licentia car-nes qua pœna plectantur. 102. 39. 3.

Carnium commeſtio in quibus Monaſterijs ſit diſpenſanda 102. 39. 4.

Quibus temporibus debeant Prælati eſſe indulgentiores in diſpenſatione eſus car-nium 106. 41. 4.

Caſus reſeruati.

Pro caſibus reſeruatis, quot & quales debent eligi Confeſ-ſarij. 169. 62. 11.

Catalogus.

Tenendus in ſingulis Monaſ-terijs, in quo nomina Pro-feſſorum ſingulis annis ſcri-bantur. 173. 63. 4.

Cellæ.

Cuilibet Monacho Cella vnã aſſignatur. 59. 22. 1.

Cella Nouitiatus habeant in Superiori parte foramen à nullo occludendum. 59. 22. 2

Nulli licet alterius Cellam in-gredi, ipſo in eo exiſtente, niſi habita facultate à Su-periore. 59. 22. 3.

Oſtium ſemiapertum teneatur ab ijs, qui cum debita licen-tia ſunt ſimul in eadem Cella 59. 22. 3.

Prohibetur Monachis intro-ducere extraneos in Cellam ſine facultate Superioris. 59. 22. 4.

Cella non ſunt ita claudendæ, vt claui communi non poſ-ſint aperiri 60. 22. 5.

Monachus extra Cellam exiſ-tens poteſt concedere alteri licentiam ingrediendi ſuam cellam. 60. 22. 6.

Oſtijs Cellarum apponantur ſera ferreæ, quæ clauibus communibus aperiantur. 60. 22. 7.

In Cellis cautè lumen tenen-dum, & lectiſternijs cande-la non applicentur 60. 22. 9

Singulis ſaltem hebdomadis ſcopentur. 61. 22. 14.

Ter in Anno viſitentur ab Ab-bate. 88. 33. 5.

Qualis debeat eſſe Cella In-firmo:

Digitized by Google

firmorum. 94. 36. 1.
Quomodo dandum ſignum vt Monachi ad Cellas ſe recipiant. 124. 48. 13.
In Cellis Monachorum non ſint ſuperflua, & pretioſa. 146. 55. 19.
Ter in anno ab Abbate viſitentur, & cur. 146. 55. 19.
Super ſedilia, aut tabulas, & genuflexoria poſſumus vti panno viridi. 147. 55. 21.

Cellerarius.

Cellerarius qui debet eſſe Decanus, quomodo eligendus, & promouendus. 76. 31. 1.
In dormitorio dormiat, & negotia exerceat in Cellera- ria. 76. 31. 2.
Saltem diebus feſtiuis Miſſas celebret, & Chorum, ac Refectorium frequentet. 76. 31. 2.
Non poſſit inconſulto Prælato fabricas conſtruere, & communicet Superiori venditiones. 77. 31. 3.
Caueat arborum inciſiones ſub pœnis Extrauagant. Pauli ſecundi. 77. 31. 4.
Si propria incuria Monaſteria debitis aggrauet deponatur. 77. 31. 4.
Infirmorum, & Pauperum ſpecialem ſolicitudinem habeat. 77. 31. 5.
Singulo quoque Menſe computa oſtendat Superioribus. 77. 31. 6.
Mutatus ad aliud Monaſterium, & non reddens rationem, quommodo, & à quibus plectendus. 78. 31. 6.
Non promoueatur ad Prioratum, niſi integrè ſua adminiſtrationis rationem reddiderit. 78. 31. 7.
Ad Cellerarios, non ad Prælatos ſpectat tractare res temporales. 79. 31. 8.
Non debet ſolus incedere, ſed ſaltem famulo aſſociatus. 79. 31. 9.
Accuratè exigat ab Officialibus rationem eorum adminiſtrationis. 81. 32. 4.
Non tenetur inſeruire Coquinæ. 92. 35. 1.
Defuncto Abbate vel ad Capitulum accedente, obediat ei qui loco Abbatis eſt conſtitutus. 187. 65. 10.

Chorus.

Abbas quo ad fieri poteſt interſit Horis canonicis in Choro. 12. 2. 2.
Errantes leuiter, aut notabiliter in Choro quid agere debeant, & qui dicatur error notabilis. 114. 45. 1.

Clauis.

Digitized by Google

Clauis.

A nemine applicetur clauis particularis oſtijs, vel Capſis. 60. 22. 8.

Clerici.

Sub qua pœna teneantur octauo quoque die Sacramentaliter confiteri. 116. 64. 3.

Cœnobitæ.

Quinam. ſint. 7. 1.

Cœremoniæ.

Fiant iuxta diſpoſitionem Cæremonialis Romani. 51. 20. 3.

Vniformitas in Cæremonijs ab omnibus eſt exhibenda. 117. 47. 2.

Commemoratio pro Defunctis.

Quotidie poſt Primam, & Completorium fiat, & quomodo. 44. 17. 1. & 3.

Commiſſi.

Vitioſi, & ſcandaloſi poſt ſtabilitatem puniantur ſecundum Regulam vſque ad expulſionem incluſiuè, & expulſi ab vno Monaſterio, nõ recipiantur in altero ſine conſenſu Prælati & maioris partis Conuentus, à quo receſſerint. 69. 28. 5.

Commiſſi potius quam Monachi pertractēt negotia temporalia Monaſteriorum. 79 31. 8.

Sacramentaliter octauo quoque die confiteantur. 116. 46. 3.

Commiſſorum Tunica. & Pallia qualia. 145. 55. 15.

Qualis debeat eſſe color veſtium exteriorum, & interiorum. 145 55. 16.

Inter Fratres noſtros computantur, & gaudent Gratijs, & Priuilegijs Congregationis, qui durante anno probationis ſint ſub cura Magiſtri Nouitiorum ab ipſo inſtruendi. 158. 58. 16.

Sunt participes bonorum omnium quæ fiunt in Congregatione, & poſt mortem pro ipſis eſt orandum, ſicut pro Monachis. 158. 58. 17.

Quomodo, & quibus conditionibus ſeruatis admittantur ad Habilitatem 159 58. 18

Quomodo radendi, & ipſis non licet mutationem petere. 159. 58. 19.

Tenentur donec perſeuerant in Religione ad tria vota. 159. 58 20.

Quid pro Diuino Officio debeant Deo perſoluere. 159. 58. 20.

Deputandus eſt Monachus Cõmiſſis,

miſſis, qui eos in ſpiritualibus, & cæteris ad eoſdem ſpectantibus, præcipuè diebus feſtis edoceat. 159. 58. 20. & 21.

Secundum ſuum ordinem ſtent vbique poſt Monachos. 160. 58. 21.

Comedant ad menſam ſeparatam in Refectorio. 160. 58. 21.

Literas addiſcere, nec in Clericum recipi poſſint, & qui legere ſciunt ita legant, vt cæteri ſcandalum non ſumant. 160. 58. 22.

Communio.

Omnibus accedentibus ad noſtras Eccleſias poſſumus Sacramentum Euchariſtiæ miniſtrare. 64. 14.

In Die Paſchæ inconſultis Superioribus Ciuium non poteſt miniſtrari Sacramentum Euchariſtiæ. 64. 14.

Quando ſit facienda. 98. 38. 3

Sacerdotes communicantes ſtolam habeant ſuper humeros. 99. 38. 4.

Peracta communione reportetur Sacramentum ad locum Sacrum. 99. 38. 5.

Completorium.

Dato primo ſigno Completorij, antequam dicatur, lectio ſpiritualis habeatur in Capitulo. 109. 42. 1.

Pro Completorio tempore Quadrageſimæ qua hora pulſandum. 124. 48. 11.

Concionatores.

Poſſint creari Decani, & Priores, etiamſi per biennium obſeruantiæ regulari non vacauerint. 53. 21. 3. & 11.

Statim expleto ſextodecimo anno poſſint eſſe Decani ſupranumerarij. 57. 21 10.

Confeſſarius.

Confeſſarij pro Secularibus, qui, & quales eligi debeant 169. 62. 11. & 12.

Pro reſeruatis quos, & quales eſſe oporteat. 169. 62. 10. 11.

Vti non poſſint facultatibus ab Ordinario impetratis ſine Abbatis licentia. 169. 62. 11

Nihil à confitentibus petere, aut accipere audeant. 170. 62. 13.

Abbatis facultas in electione Confeſſarij. 182. 64. 6.

Confeſſio.

Ab Infirmis frequentetur. 96. 36. 7.

Prælati bis in anno facultatem confitendi concedant cui voluerint pœnitentes ex pro-

batis. 99. 38. 6.
Octauo quoque die Clerici ſacramentaliter confiteantur, & ſub qua pœna. 116. 46. 3.

Congregatio.
Congregatio noſtra immediatè eſt ſubiecta Sedi Apoſtolicæ. 183. 64. 8.

Conſanguinei.
Parentes, Fratres, Sorores Monachorum, & Commiſſorum noſtrorum admittantur ad participationem omniũ bonorum noſtræ Congregationis. 206. 73. 6.

Conſilium.
Monachi ſemper dent conſiliũ cum humilitate. 16. 3. 7.
Quando nam Monachi ſint ab Abbate ad conſilium vocandi. 14. 3. 1.

Contentio.
Cõtentiones inter noſtros quomodo cõpeſcendæ. 200. 70. 8.

Conuerſi.
In Congregatione non recipiantur. 161. 58. 25.

Coquina.
Prior non excuſatur à miniſterio Coquinæ, Cellerarius verò excuſatur. 92. 35. 1.
Quid debeãt facere inſeruientes Coquinæ dum tardè ad menſam accedunt. 112. 43. 7.

Corrigere.
Alterum corripiens, vel increpans, qua pœna afficiatur. 199. 70. 1.

Correctio.
Correctiones ſpectant ad ſolos Superiores. 199. 70. 2.
Non omittantur ab Abbatibus. 12. 2. 3.

Cucullæ.
Cucullis induti per Ciuitates ſemper procedant Monachi. 24. 6. 8.
Habeatur tabula indicans quando nam ſint deferendæ. 52. 20. 12.

Culpæ.
Quando nam audiendæ in Capitulo. 44. 17. 1.

Cultelli.
Cultelli Monachorum non ſint pretioſi. 144. 55. 8.

Curia Romana.
Abbates non poſſunt accedere ad Romanam Curiam ſine facultate Præſidis, & vtriuſque Viſitatoris ſuæ Prouinciæ

Digitized by Google

tia necnon Abbatis S. Pauli, & Procuratoris Generalis. 182. 64. 4.

D

Decani.

Decani Regiminis veniunt nomine Seniorum. pag. 16. c. 3. §. 10.

Quæ munia à Decanis exerceri debeant. 53.21.1.& 2.

Nullus, qui Lector, aut Concionator non ſit, eligi poſſit in Decanum, qui per biennium tempore Sacerdotij non vacauerit regulari obſeruantiæ. 53. 21. 3.

Eligendus in Decanum, à quibus Prælatis ſuæ probitatis teſtimonium debeat obtinere, & quomodo. 53.21.3.

Decani non eligantur niſi medio iuramento Viſitatorum de eorum ſufficientia, nec creentur illiterati. 53. 21. 3.

Propter Infirmitatem, vel alios defectus inhabiles abſoluantur à Regimine, & inter titulares, ſi in reliquis ſint emeriti, computentur; inſufficientes verò, & non emeriti abſoluantur à Regimine, & titulo. 53. 21. 3.

Decani ſingulo anno eligantur, ac ſi numquam electi fuiſſent. 53. 21. 3.

Non fiant niſi decimoſexto anno in Congregatione expleto, totque ſint id vnoquoque Monaſterio, vt vnus tantùm pro quinis Monachis Profeſſis viuentibus aſſignetur, itaut numerus eorum non excedat numerum trecentorum. 56. 21. 7. & 8.

Nullus, qui eſt Profeſſus vnius Monaſterij eligi poſſit in Decanum nomine alterius Monaſterij. 56. 21. 7. 8. & 9.

Nullus Monachus habilitetur ad Decaniam, nec vllus Decanus ad Prioratum. 56. 21. 9.

Deficiente loco Decanatus Regiminis, qui habilis eſt poſſit eligi à Capitulo, vel à Dieta in Decanum Titularem. 56. 21. 9.

Lectores, & Concionatores poſt ſextum decimum annum creentur Decani ſupra numerarij. 57. 21. 10.

Solum Capitulum Generale, & non Dieta poſſit creare Decanos. 57. 21. 10.

Decanus non poſſit eligi in Priorum Clauſtralem niſi per biennium vacauerit tempore Decanatus obſeruantia

uantia Regulari, exceptis Lectoribus, & Concionatoribus; Nulluſque, qui quinquennium non expleuerit in Decanatu poſſit eligi in Priorum Clauſtralem. 57. 21. 11.

Decani reuelantes aliqua ex tractatis inter eoſdem, qua pœna puniendi. 58. 21. 12.

Decani ad alind Monaſterium mutati poſſint Sacramentales Confeſſiones audire, vt prius; niſi Superior prohibuerit. 58. 21. 13.

Per vices ſingulis diebus audiant culpas in Capitulo. 115. 46. 1.

Secundum ordinem profeſſionis locum teneant inter ſe. 173. 63. 1. 12.

Decani titulares rarò, & maximè inſpecto merito creentur, & locus inter Superiores nemini concedendus, & quare. 173. 63. 2.

Decani in alieno Monaſterio, abſentibus Superioribus faciant ſigna etiam particularia. 176. 63. 12.

Non vtantur Superioritate ad vindictam, vnde dicentes verba contumelioſa ſuſpendantur per Menſem. 201. 71. 1.

Decreta.

Decreta facta à Capitulo Generali ter legenda ab Abbate quolibet anno, & quomodo. 186. 65. 5.

Ordinata per Viſitatores; vel per Abbatem Monaſterij, durant poſt eorum Officium, niſi à Succeſſoribus reuocentur. 178. 63. 17.

Defendere.

Abbas contra alium Abbatem Monachis, aut Commiſſis non patrocinetur. 197. 69. 1.

Delinquens.

Contra delinquentes, & crimino ſos procedat Abbas ex Officio. 12. 2. 3.

Si præſens, aut vicinus ſit Abbas, Delinquens coram illo ſuum fateatur errorem, & ſi coram Superiore veniam non petierit, dicat ſuam culpam in Capitulo. 115. 46. 1.

Caritatiuè ab æqualibus admoneatur; à ſolis Superioribus corripiatur. 199. 70. 2. e 3. & pag. 202. c. 71. §. 2.

Depoſitarius.

In ſingulis Monaſterijs à Diffinitoribus deputandus, qualis, quæ eius munera, & obligationes. 79. 31 10.

Deprofundis.

Quotidie dicitur poſt Primam & Completorium, & pro quibus. 44. 17. 1. 3.

Diffinitores.

Non poſſunt concedere facultatem viuendi extrà Congregationem. 25. 6. 11.

Dieta.

Soli Abbates Regiminis, & non titulares interueniant Dietis. 181. 64. 1.

Diſciplina.

Quibus diebus fieri debeat. 126. 49. 2.

Diſcretio.

Diſcretione debent vti Abbates in regendis ſubditis. 12. 2. 4.

Dormire.

Monachos dormire veſtitos explicatur. 61. 22. 17.

Extra Monaſterium dormire inhibetur etiam occaſione aſſiſtentiæ Infirmorum. 171 62. 15.

Dormitio.

Octo horæ pro dormitione Monachis conceduntur. 33 8. 1

Qua hora dandum ſit ſignum Dormitionis. 33. 8. 1. 2. & 3.

Perſonata dormitione omnes ad cellas recipiant. 34. 8 3.

Dormitio meridiana quo tempore incipiat, & deſinat. 34. 8. 4.

Dormitio meridiana pulſetur vna hora poſt primam menſam, quo tempore incipiat, & quandiù duret, qua completa, pulſetur, & dicatur Nona. 123. 48. 4.

Tempore dormitionis qui non vult dormire, quomodo ſe habere debeat. 123 48 4.

Dormitorium.

In diuerſas Cellas diuiſum eſſe debet dormitorium. 59. 22. 1.

In dormitorio ſeruetur ſemper ſilentium. 60. 22. 10.

Confeſſiones ſecularium in dormitorio non audiendæ. 61. 22. 11.

Incedentes, ſine ſtrepitu incedant. 61. 22 13.

Singulis hebdomadis ſcopetur. 61. 22. 14.

In dormitorio ardeat tota nocte Lampas à Sacriſta accendenda. 61. 22. 15.

Silentium continuum in dormitorio ſeruandum. 130. 52. 5.

Ec-

Digitized by Google

E

Eccleſia.
Eccleſiarum ſuppellectiles ſecularibus non ſunt commodanda. pag. 81. c. 31. §. 3.

Egredi.
Non licet ſine Superioris facultate Monaſterio egredi, & qui egreditur, diſcedens benedictionem petat genibus flexis, idem faciat dum reuertitur. 193. 67. 4. & 5

Eleemoſinę.
Quæ pro noſtris Defunctis facienda. 200. 73. 4.

Emere.
Emere ad inuicem, vel vendere Monachis prohibetur. 88. 33. 7.
Nemo quidquam emat nomine Laicorum. 88. 33. 8.

Emphiteuſis.
Bona emphiteotica ad Monaſterium deuoluta non concedantur iterum in emphiteuſim, niſi præhabita licentia à Capitulo Generali, aut à P. Præſide, aut ab vno Viſitatore Prouinciæ. 15. 3. 5.

Epiſcopus.
In noſtris cauſis nullo modo eſt recurrendum ad Epiſcopos, & quare. 183. 64. 8.

Equi.
Quibus vtimur non ſit tales, vt ſcandalum aut admirationem pariant apud ſeculares 143. 55. 6.
Ephippia phaleraque equorum cuiuſmodi eſſe debeant. 144 55. 7.

Eremitæ.
Quinam ſint. 7. 1.

Error.
Qualis cenſeatur error notabilis in Choro, & quid preſtare debeant, qui in Choro leuiter, vel notabiliter errant. 114. 45. 1.

Euchariſtia.
Reuerentia ante SS. Euchariſtiæ Sacramentum vnico genu vſque ad terram flexo ſemper fiat. 50. 20. 1.
Frequentetur ab omnibus, præcipuè ab Infirmis. 96. 36. 7.

Eugenius Papa 4.
Habeatur quotidie commemoratio Eugenij Papæ 4. poſt Completorium, & quis ordo ſeruandus in Orationibus. 45. 17. 4.

Excom-

Excommunicatio.

Quanam ſecundùm Regulam ſit Excommunicatio. 62. 23.

Qualis debeat eſſe modus Excommunicationis. 62. 24.

Qua pœna plectantur qui ſine licentia iungantur Excommunicatis ſecundùm Regulam. 65. 26.

Exequiæ.

Vide funera. 171. 62. 16.

Exercitium.

Non potens exercitio intereſſe cauſam patefaciat Superiori. 112. 43. 7.

Volens diſcedere ab exercitio ad quid teneatur. 113 48 9.

Quomodo vocari debeant Monachi ad exercitium, in cuius principio genibus flexis dicatur Salutatio Angelica. 124. 48. 12.

Tempore exercitij, ſi commoditas detur, legatur aliquid pro ſpirituali ædificatione. 125. 48. 14.

Expenſæ.

Expenſæ ſuperflua amputandæ, & præcipuæ quæ. 79. 31. 10. *&* pag. 81. c. 32. §. 4.

Si Monaſterium aliquod iudicetur impotens ad expenſas pro cauſis tuendis, fiat ſumptibus Congregationis, & qua conditione. 85. 32. 12.

Expulſi.

A Superioribus Monaſteriorum noti fiant cæteris expulſi, eo modo quo Defuncti. 72. 29. 10.

F

Fabricæ.

Vide ædificia. pag. 189. *c.* 66. §. 2.

Facultas.

Eundi extrà Monaſteria deuotionis, vel recreationis gratia rarò conceditur; viuendi vero extrà Congregationem nec à Regimine, nec à Diffinitoribus concedi poteſt. 24. 6. 10. 11.

Famuli.

Abbates, & Cellerarij inuigilent ſupra mores famulorum, qui confiteri debent ter ſaltem in anno, & SS. Euchariſtiæ Sacramentum recipere. 160. 58. 25.

Feſta Sanctorum.

Non innouentur niſi ſeruato decreto Congregationis Rituum. 41. 14. 1.

Feſtum

Digitized by Google

Feſtum Sancti Patris Benedicti celebre habeatur etiam à famulis, & operarijs noſtræ Congregationis. 41. 14. 2.

Die feſto non equitandum, neque negotia tractanda, niſi ex maxima neceſſitate. 137 53. 17.

Feudum.

Bona feudalia ad Monaſteria deuoluta, iterum non concedantur in feudum, niſi obtenta licentia à Capitulo Generali, aut à Patre Præſide, aut ab vno Viſitatore Prouinciæ. 15. 3. 5.

Fugitiui.

Quid circa fugitiuos faciendum. 67. 28. 1. 2. 3.

Spontè redeuntes ſuſcipiantur, ſed puniantur pro menſura peccati. 70. 29. 2.

Reuertentes intra quintum diem carceri non mancipentur; non reuertentes verò intra quintum diem in carcerem detrudantur. 70. 29. 3.

Reuertentes poſt triginta dies in vltimo loco & in carcere recipiantur. 70. 29. 3.

Non ſunt à carcere liberandi, niſi per Capitulum Generale, aut Regimen, qua ratione. 70. 29. 4. 5.

Qui habitum dimiſit, vt Apoſtata puniatur; qui autem in Congregatione, aut extrà flagitia commiſit quomodo puniendus. 71. 29. 6.

Quæ conditiones requirantur, vt fugitiui poſſint rehabilitari ad gradus. 71. 29. 7.

Superiores Monaſteriorum ſignificent cæteris fugitiuos eo modo quò defunctos. 72. 29. 10.

Ad Sacros Ordines promotus extra obedientiam non permittatur in eis miniſtrare. 171. 62. 17.

Funera.

Omnibus inhibetur accedere ad Funera mortuorum. 171. 62. 16.

G

Girouagi.

Quinam ſint. 8. 1.

H

Horæ Canonicæ.

Horarum canonicarum diſpoſitio ab Abbatis prudentia pendeat. 107. 41. 6.

Hoſpites.

Hoſpitium frequentia non ſinit

nit Regulam ſeruari in omnibus. pag. 132. c. 53. §. 1.
Hoſpitibus, à quibus eſt occurrendum. 132. 53. 2.
Aliquid illis legatur ad ædificationem, dum & refectio paratur, & ad menſam ſedent. 133. 53. 5.
Monachi hoſpites poſt duos, aut tres dies hoſpitij communē vitam Monaſterij ſequantur. 153. 53. 13.
Quis teneatur ad expenſas pro Monacho, aut Commiſſo hoſpite infirmo. 136. 53. 14.
Quando Monaſteria poſſint petere expenſas cibarias pro hoſpite. 136. 53. 14.
In hoſpitibus ſuſcipiendis vani apparatus vitandi. 136 53. 15.
Familiares & domeſtici hoſpites ad Refectionem ordinariam ducendi. 136 53. 15.
Monachi hoſpites in diuinis Officijs ſe conforment cum Monachis Monaſterij. 136 53. 15.
Monachi habeant literas commendatitias ſuorum Superiorum, & ſint ſub obedientia Superioris Monaſterij, conferantq; Superiori cauſam ſui aduentus. 136. 53. 16.

Humilitas.

In duodecim gradus diuiditur, qui diſcantur memoriter à Nouitijs. 32. 7. 1.

I

Ieiunium.

In ieiunijs regularibus Iuniores ſunt diſcretè tractandi. pag. 73. c. 30. §. 2.
Per totum annum diebus Veneris ſeruetur ieiunium, niſi ob ſolemnitatem alicuius diei feſti ſuadeatur diſpenſatio. 105. 41. 1.
Ientaculo ſerotino quando aliqui fructus ſint addendi, quo tempore regulariter ieiunandum. 105. 41. 1.
Quibus diebus à regulari ieiunio Monachi ſint diſpenſandi. 106. 41. 3.
In ieiunijs de præcepto circa horam nonam eſt tempus refectionis. 123. 48. 5.

Incorrigibiles.

Contra Incorrigibiles ſeruentur Decreta Sacræ Congregationis Concilij. 67. 28. 1.

Infantes.

Non recipiantur in Congregatione. 96. 37. 1.

Infirmus.

Præcipua vera Infirmorum ſpectat ad Cellerarium. 77. 31. 5.

R *Qui-*

Quilibet Infirmus habeat Cellam cum Camino, pro cuius ſubſidio nec laboribus, nec expenſis parcendum. 94. 36. 1.
Nemo ſine licentia Medici, & Superioris Medicinalia ſummat. 94. 36. 2.
Infirmis, ſi plures ſint, aliquid in principio reffectionis legatur. 94. 36. 3.
Quis debeat petere, & dare licentiam Balneorum pro Infirmis, & ad quem expenſa balneorum, & pro alijs Infirmis. 95. 36. 5. e 6.
Infirmi admoneantur vt frequentent Sanctiſſima Sacramenta. 96. 36. 7.
Nec Prælati, nec Monachi occaſione aſſiſtentiæ Infirmorum dormiant extra Monaſteria. 171 62. 15.

Infirmarij.
Deputentur Monachi infirmarij, qui ſint diligentes, & compatientes Infirmis, adaturque illis ſi opus fuerit, auxilium Commiſſorum, vel Famulorum. 94. 36. 4.

Iniuriæ.
Vtens verbis iniurioſis in æquales, vel Superiores, quibus pœnis ſubiaceat. 199. 70. 4. 5. 6.

Inſtrumenta Bonorum Operum.
Quæ nam ſint. 17. 4.
Diſcantur memoriter à Nouitijs prius quam ad profeſſionem admittantur. 32. 7. 1.

Inuentarium.
Rerum Monaſterij inuentarium quod, & à quibus faciendum. 81. 32. 1.
Apud Abbatem ſit Inuentarium vniuerſale omnium rerum, quod exhiberi debet Viſitatoribus. 86. 32. 1.
In inuentario notandi libri omnes Monaſterij, & quomodo. 81. 32. 2.
Ab omnibus ſingulo anno inuentarium Librorum eſt conficiendum. 88. 33. 5.
Inuentarium veſtimentorum, quando, & quomodo faciendum. 146. 55. 18.

Ira.
Superiores caueant maximopere ne iraſcantur. 201. 71. 1.

Irridere.
Deriſoriè alium nominans qua pœna plectatur. 199. 70. 1.

Irreligiosè viuentes.
Quæ ſeruanda ſint, vt deſcripti in

et in libro irreligioſè viuentium rehabilitentur ad gradus. 71. 29. 7.

Itinerantes.

Nullus ſine literis patentibus ſuorum Superiorum iter faciat. 72. 29. 9.

Facultas itenerandi à quo, & quibus conditionibus concedenda. 193. 67. 8. 9.

Itinerantes ſine literis teſtimonialibus ſuorum Prælatorum, qua pœna plectantur. 194. 67. 11.

Iuniores.

*Non ſunt mutandi niſi ex maxima neceſſitate.*194 67.13.

Iuniores profeſſi ſuos Magiſtros adeant pro benedictione, à quibus citò dimittantur. 45. 17. 3.

Iuniori ſæpè reuelat Deus, quod melius eſt. 13. 3.

L

Lampas.

Accendatur Lampas in Dormitorio à Sacriſta hora, qua pulſantur ſigna Salutationis Angelicæ. pag. 61. c. 22. §. 15.

Lectores.

Poſſint creari Decani, & Priores etiamſi per biennium non vacauerint obſeruantiæ Regulari. 53. 21. 3.

Statim expleto ſexto decimo anno poſſint eſſe Decani ſupranumerarij. 57. 21. 10.

Lector menſæ quomodo petere debeat pro ſe orari. 99. 38. 7.

Lector menſæ non incipiat legere niſi prius Religioſi ſedeant. 100. 38. 8.

Lectores in Monaſterijs pro ſtudijs aſſignatis ſint Monachi eruditi, qui ſint examinati à Lectoribus deputatis per Capitulum, quibus ſubminiſtrandi ſunt Libri, & indulgentiæ à Prælato concedendæ. 118. 47. 5.

Lectiones.

Lectio ſpiritualis ante Completorium in Capitulo quãdiù debeat protrhai, poſtea lectio breuis in Choro eſt dicenda. 1 9. 42. 1.

Lectionum hora ab Abbatis prudentia diſponantur. 122. 48. 13.

*Quomodo Monachi ſint ad lectionem vocandi.*124 48.13

Lecti.

Non habeant ornamenta. 146. 55. 19.

Conceduntur panni linei ſu-

per Sagum, aut Mattam. 147. 55. 20.

Legere.

Ordo eorum quæ legi debent ad primam menſam, in cuius fine legendum aliquid italico Idiomate, & quare. 98. 38. 2.

Debet legi ad primam, & ſecundam menſam Caput Regulæ lectæ in Capitulo, debet enim adeſſe lectio ſecũdæ menſæ, vbi maior eſt Cõgregatio. 98. 38. 1.

Quis legente Superiore debeat facere ſigna particularia. 98. 38. 2.

Qui legit ad menſam quomodo debeat petere pro ſe orari. 99. 38. 7.

Qui legit non incipiat legere niſi ſedentibus ad menſam Religioſis. 100. 38. 8.

Singuli per ordinem à Superiore nominandi, debent legere ad menſam. 100. 38. 9.

Legere, et cantare quomodo fieri debeat. 117. 47. 2.

Libri.

Libri Monaſteriorum quomodo notandi in inuentario. 81. 32. 2.

Habeatur libellus continens ſpecialiter ordinata per Capitula, & Dietas, necnon ſpectantia ad Monaſterium, ac alius in quo deſcribantur quæ ſtatuuntur à Capitulis, & Dietis pro bono totius Cõgregationis. 85. 32. 15.

Conceduntur ad vſum Monachorum, reſtituendi, poſt mortem vtentis Monaſterio cui inſcripti fuerint 87. 33. 2.

Libri non ſignati ſint illius Monaſterij, cui vtens erat aſſignatus inſcribendi namque ſunt nomine Monaſterij, & Congregationis. 87. 33. 2. & 3.

Singulo anno omnes Librorum inuentarium conficiant Abbati conſignandum. 88. 33. 5.

Contra tenentes Libros prohibitos procedendum iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas. 88. 33. 5.

Opera ſua, vel aliena imprimere volentes quid ſeruare debeant. 150. 57. 3.

A nemine ſine Abbatis facultate introducantur noui Libri in Monaſterium. 150. 57. 3.

Litaniæ.

Litaniarum vox quomodo intelligenda. 40. 13. 1.

Literæ.

Monachi nec ſcribant, nec recipiant

Digitized by Google

cipiant epiſtolas inſcio Superiore. 139. 54. 3.

Literæ ſignatæ Sigillo Pax à nullo aperiri poſſunt, & aperientes qua pœna plectuntur. 139. 54. 4.

Literas directas Præſidi, Regimini, Diffinitoribus, aut Viſitatoribus aperientes quãdo, & qua pœna plectendi, priuatas verò ſigillis priuatis ſignatas intercipientes, aut aperientes quomodo puniendi. 139. 54. 5. & 6.

Qui ſine licentia literas ſcripſerint, aut ad ſe directas legerint qua pœna afficiendi. 140. 54. 7.

Literas deferentes ſub qua pœna teneantur eas præſentare Superiori. 140. 54. 9.

Literæ Gratioſæ.

Pro habentibus literas gratioſas ſingulo anno imponantur in quocunque Monaſterio triginta Miſſæ. 206. 73. 5.

Non requirantur pro Parentibus, Fratribus, aut Sororibus Fratrum noſtrorum. 206. 73. 6.

Lites.

Conſanguineorum, aut aliorũ Secularium Lites, noſtri non amplectantur. 194. 67. 10.

Locatio.

Locationes ad longum tempus non fiant ſine conſilio Monachorum. 14. 3. 1.

Ludus.

Ludi genera Religioſis non cõuenientia prohibentur. 23. 6. 3.

M

Magiſter Nouitiorum.

Teneatur curare vt Nouitij inſtrumenta bonorum operum memoria habeant. pag. 32. c. 7. §. 1.

Exerceat Nouitios in humilitate, & curet vt ab eis gradus humilitatis memoriter teneantur. 32. 7. 1.

Quo tempore debeat ſatisfacere in Choro nocturnis horis, & Laudibus B. M. V. 35. 8. 7.

Data benedictione citò dimittat Diſcipulos. 45. 17. 3.

Quales debeant eſſe Magiſtri Nouitiorum, quæ facere, & quomodo ſe gerere debeant in ſuo officio. 55. 21. 4. & ſequ.

Non fiant niſi decimum octauũ annum in Congregatione expleuerint. 56. 21. 7.

Cæteris præferatur ad Prioratum.

tum. 57. 21. 11.
Non ſit præſens dum Superiores, & Monachi agunt de Nouitio ad profeſſionem admittendo det tamen votum cum cæteris. 157. 58. 12.
Præcedentia, & præminentiæ Magiſtri Nouitiorum. 173. 63. 1.

Manducare.
Prohibitũ eſt manducare apud Laycos, vbi ſunt noſtra Monaſteria. 128. 51. 1.

Martyrologium.
Vbi, & quando dicatur. 44. 17. 1.

Matutinum.
Hora ſurgendi ad Matutinum 33. 8. 1.

Mendicans.
Ex ordine mendicantium nullus recipiatur in noſtra Congregatione, & quare. 165. 61. 2.

Menſa.
Prior Clauſtralis legere debet, & inſeruire primæ menſæ. 92. 35. 1.
Seruientes primæ menſæ, & legentes poſſint ſuſcipere mixtum. 92. 35. 2. *& pag.* 100. *c.* 38. *§.* 10.
Menſæ Infirmorum, ſi plures ſint, lectio non deſit in principio. 94. 36. 3.
Lectiones primæ menſæ quales eſſe debeant, nec deſint ſecundæ vbi maior Congregatio fuerit, legatur in fine primæ menſæ aliquid italico Idiomate, & quare. 98. 38. 1.
Ad primã, & ſecundam menſam legatur caput Regulæ lectum in Capitulo 98. 38. 1
Quando nam Superior facere debet ſignum incipiendi comeſtionem. 100. 38. 8.
In fine menſæ nemo ſurgat, niſi dicto Deo gratias. 100. 38. 8
Omnes per ordinem ad menſam legant. 100. 38 9.
In menſa detur panis quãtum ſufficiat. 102. 39. 2.
Apponatur Vini quantum ſufficit. 104. 40. 1.
In Refectorio bibant omnes in poculis fictilibus, ea tenentes vtraque manu. 104. 40. 1.
Poſt refectionem primæ menſæ concedatur vnius horæ ſpatium ad deambulandum extra Dormitorium, non tamen colloquendum ſine facultate Abbatis 122. 48. 3.
Qua hora reficiendum temporè Quadrageſimæ. 124. 48. 11.
Ad menſam Hoſpitum ſemper ali-

aliquis legatur. 133. 53. 5.
Menſa Abbatis vbi eſſe debeat. 148. 56. 1.
Ad mẽſam in loco Defuncti ponatur Crux parua lignea, ibique nullus ſedeat ad triginta dies. 200. 73. 4.
Quid, tardè venientes ad Menſam facere teneantur. 112. 43. 5. 6.
Non potens ad Menſam accedere ſe excuſet apud Superiorem. 112. 43. 8.
Abbates tardè ad menſam occurrentes ſoli Patri Præſidi genufle{c}tunt. 113. 43. 10.

Miſſa.

S. P. Benedicti Miſſa quando dicenda. 41. 14. 2.
In quocunque Monaſterio quotidie celebranda. 48. 19. 2.
In quocumque Monaſterio ſaltem diebus feſtiuis decantanda. 48. 19. 2.
In quibus nam Monaſteriorum membris die feſto ſit decantanda. 48. 19 2.
Quando nam in Miſſa Monachi debeant genufle{c}tere, caput inclinare, detegere, & ſeminudare, ac ſedere. 51. 20. 7. *& ſequentibus.*
Qua deuotione celebrari debeat. 117. 47. 2.
In Quadrageſima, occurrente feſto duodecim lectionum, Miſſa de feſto cantetur poſt Tertiam, & Miſſa de Feria dicatur poſt Nonam. 124. 48. 8.
Miſſa noua celebranda ſine ſolemnibus inuitationibus, nec cantanda in alienis Eccleſijs. 169. 62. 9.

Mixtum.

Quid nomine mixti intelligatur, & qui poſſint capere mixtum. 92. 35. 2. e 3. *& pag.* 100. 38. 10.

Monacus.

Monachi Cœnobitæ, Anachoritæ Sarabaitæ, Girouagi quinam ſint. 7. 1.
Vocentur ab Abbate ad conſilium pro grauioribus cauſis; quod humilitatis ſubiectione dare debent, magiſtram ſequendo Regulam. 13. 3
Quilibet Profeſſus etiam Sacris non initiatus recitet Officium diuinum. 47. 18. 1.
In hoſpitijs Secularium modeſte ſe habeant 137. 53. 17.
Scribere volentes epiſtolas vel eas recipientes, quid agere debeant. 139. 54. 3.
Monachus qui ad aliam Religionem tranſiuit, ſi redire velit, quibus conditionibus poſſit recipi. 166. 61. 3.

Monachi

Monachi noſtri appellantur Domni. 178. 63. 20.
Monachis interdicitur executio vltimarum voluntatum. 182. 64. 5.
Non adimplentes conditiones facultatum ſuarum, vel alio quouis modo culpabiles puniantur. 183. 64 7.
Secundum ſuæ profeſſionis ordinem locum teneant, exceptis degradatis. 173. 63. 1

Monaſteria.

Diſpenſata ſuper eſum carnium. 102. 39. 4.
Quando poſſint pro noſtris hoſpitibus petere expenſas cibarias. 136. 53. 14.
Monaſteria noſtra ſunt exempta à Iuriſdictione Ordinariorum. 183. 64. 8.
Monaſteriorum ædificia, quomodo, & quibus conditionibus ſeruatis, ſunt facienda 189. 66. 1. & *ſeq.*

Munera.

Sine facultate Abbatis nec dāda nec recipienda. 138 54. 1
Abbates Monachis aliorum Monaſteriorum non poſſunt mittere munera, ſine facultate Prælati eorundem Monachorum. 138. 54. 2.
Munera deferentes ſub qua pœna teneantur ea præſentare Superiori. 140. 54. 9.

Mutatus.

Non poteſt vti mandato Procuratoris, aut Sydicatus prius habiti; Syndicatus enim Monachi mutati eſt reuocandus. 193. 67. 7.
Habeat literas teſtimoniales ſuorum Superiorum. 194. 67. 11. & 15.
Cum peruenerit ad locum ſibi aſſignatum pecunias Superiori conſignet. 194 67. 12
Recta via proficiſcantur. 194. 67. 13.
Iuniores non ſunt mutandi, niſi ex maxima neceſſitate. 195. 67. 13.
Habeant Inuentarium earum quæ ſecum deferunt, Superiori conſignandum. 195. 67. 14.
Abbatibus mutatis prouideatur pro expenſis à Monaſterijs, ad quæ tendunt. 195. 67. 15.
Pro mutationibus Monachorū expenſæ fiant à Monaſterijs à quibus diſcedunt iuxtà libellum vulgo la Tariffa 195 67. 15.
Monachus mutatus non poſſit retineri ab vllo Abbate, ne pergat ad locum aſſignatum. 196. 67. 16.

Nego-

N

Negotiatio.

Illicita negotiationes interdicantur pag.149 c 57. §.2.
Dantes operam illicitis negotiationibus quomodo puniantur. 149. 57. 2.

Nouitiatus.

Cella Nouitiatus habeant in Superiori parte foramen à nullo claudendum. 59.22.2
Monachi noſtri per quinquennium in Nouitiatu permaneant, prius tamen extrahi poſſint, ſi ſic Abbas & Superiores iudicauerint, & decimum nonum ætatis annū exceſſerint. 74. 30. 3.
Exeuntes à Nouitiatu per biennium ſint ſub cura Prioris Clauſtralis. 74. 30. 3.
Quid agendum circa extractos à Nouitiatu propter culpam. 74. 30. 3.

Nouitij.

Non recipiantur ad Profeſſionem ſine conſilio Monachorum. 14. 3. 1.
Non admittantur ad Profeſſionem, niſi gradus humilitatis memoriter teneant, & in eis practicè profecerint. 32. 7. 1.
Adeant Magiſtros Nouitiorum pro benedictione. 45. 17. 3.
Ad probationem non ſunt admittendi, qui quintum decimum annum non expleuerint. 73. 30. 1.
Quanto tempore in Nouitiatu debeant permanere. 74. 30. 3.
Nouitiorum ſcapularia qualia 145 55. 13.
Quæ ſint præquirenda antequam quis ſuſcipiatur ad probationem, ad quam nullus recipiatur ſine conſenſu maioris partis Seniorum, computata voce Prælati. 153. 58. 1.
Abbates recipientes Nouitios ſine debitis requiſitis puniantur à Regimine, & taliter accepti remittantur ad propria. 153. 58. 2.
Illegitimi, vel corporali defectu vitiati non poſſunt ſuſcipi, niſi vniuerſo Conuentui proponantur, & quare. 153 58. 2.
Non ſunt veſtiendi qui linguā latinam perfectè non callent, & ad ſtudia ſuprema facultatum non ſunt idonei 153. 58. 2.
Monaſteria in quibus recipiūtur ad probationem & profeſſionem emittendam, & quorū ſumptibus ſint alendi

S

Digitized by Google

di. 133. 58. 3.

Nouitius admiſſus ad probationem ſtet per quindecim dies cum ſuis veſtibus ſecularibus, & quare. 154. 58. 4.

Vbi comedere, & dormire debeat. 154. 58. 5.

Quæ conditiones ſeruari debeant, vt Nouitius ſponte diſcedens, aut expulſus poſſit iterum recipi 155. 58. 6.

Nouitius repudiatus vltra non permaneat in Monaſterio. 155. 58. 7

Nouitijs veſtiendis abluantur pedes in Capitulo. 155. 58. 8

Quando, à quo, & vbi recipere debent habitum Nouitiorum. 155. 58. 8.

Quæ ſint requiſita, & atteſtationes faciendæ, vt Nouitius admittatur ad Profeſſionem. 156. 58. 9.

Nullus, quæ ſunt dicta in Capitulo de Nouitio, ipſi, vel alijs reuelet. 156. 58. 10.

Nouitiorum Conſanguinei vſque ad tertium gradum excluſiuè non ſint præſentes diſcuſſioni dum agitur de Nouitio ſuſcipiendo; non excludūtur tamen à ſuffragio præſtando. 156. 58. 11.

Magiſter Nouitiorum facta relatione de vita, & moribus Nouitij exeat, dum cæteri de Nouitio tractant, reuerſurus ad dandum ſuffragium. 157. 58. 12.

Per ſex primos menſes probationis quomodo à Magiſtro Nouitiorum exercendi. 157 58. 13.

Formula qua Nouitij profeſſionem emittunt. 157 58. 14

Nouitius profeſſionem emittens recipiatur ab omnibus ad oſculum pacis, & ſeruentur conſueta Congregationis ſolemnitates, & cæremoniæ. 158. 58. 15.

Sacerdotes Nouitij ſtent ſupra cæteros Nouitios, & aliquādo ommittant celebrare, & quare. 163. 60. 2. 3.

O

Obedientia.

Monachorum obedientia qualis eſſe debeat. pag. 20. c. 5.

Oblati.

Confiteantur, & communicentur vt Clerici, & Commiſſi, habeantque locū prout Abbas diſpoſuerit. 160. 58. 23.

Ad quod nam Penſum ſpirituale teneantur. 160. 58. 24

Obſeruantia.

Abbas quo ad fieri poteſt interſit regularibus obſeruantijs. 12. 2. 2.

Mo-

Ocreæ.

Monachorum ocreæ non ſint curioſæ. 144. 55. 8.

Officiales.

Non debent ſpiritualia exercitia ommittere. 11. 2. 1.
Non ſint perpetui, & ideo abſoluantur ab adminiſtratione officiorum ſuorum, poſtquam Abbas à Capitulo redierit, & teneant locum ſuæ profeſſionis 185. 65. 2. & 3.
Inſtituuntur ab Abbate cum conſilio Seniorum 186. 65. 4
Statuto tempore faciant inuentarium rerum officij ſui. 81. 32. 1.
Expleta adminiſtratione integram reddant rationem exercitij ſui, & ſi eorum incuria, vel malitia detrimentum euenerit Monaſterio, puniantur. 81. 32 4.

Officium diuinum.

Qua hora in noctibus ad diuinum officium ſit ſurgendum. 23. 8. 1.
Qui Choro ſatisfaciunt, ſint ſaltem quatuor. 48. 19. 2.
Officium S. P. Benedicti recitandum quando. 41. 14. 2.
Quomodo diuinum officium ſit diſponendum. 48. 19. 9. & *ſequentibus.*
Ab omnibus Monachis profeſſis, etiam Sacris non initiatis recitandum. 47. 18. 1.
Conuentualiter in Choro dicendum, & vbi. 48. 19. 2.
In officio hebdomadæ Sanctæ non variandus cantus Monaſticus. 49. 19. 3.
Ad officium diuinum quando, & quomodo inclinandum ſit caput. 51. 20. 4. & *ſequentibus.*
Quid praſtare debeant tardè accedentes ad diuina officia. 111. 43. 2. 3. 4.
Non potens ob legitimam cauſam diuino officio intereſſe, vel per ſe, vel per alium patefaciat Superiori. 112. 43. 8.
Si velit quis ab officio diſcedere, quomodo facultatem diſcedendi petere debeat. 113. 43. 9.
Abbates ſi tarde occurrunt ad diuinum officium genuflectant ſolum ante P. Præſidem. 113. 43 10.
Eſt munus Sacriſtæ dare ſigna pro diuino officio perſoluendo. 117. 47. 1.
Horæ diuini Officij ab Abbate diſponantur. 122. 48. 1.
Quando pulſandum pro diuino Officio tempore Quadrageſimæ. 124. 48. 10. 11.
In diuino Officio flectantur ge-

uua ſecundum rubricas Breuiarij. 127. 50. 1.
Opere Dei completo ſit breuis morula in Choro, & quare. 129. 52. 1.
Monachi hoſpites ſe conforment in diuino Officio cum Monachis Monaſterij. 136. 53. 16.
A' diuino Officio nullus ob aliquam artem eſt facile eximendus. 149. 57. 1.

Officium B. M. Virginis.
Quo tempore diſpenſetur recitatio conuentualis Nocturnorum, & Laudum B. V. M. 36. 8. 7.
Non ſatisfiat Officio B. V. M. in Choro niſi ſaltem per quatuor. 48. 19. 2.
Eadem cura perſoluendum, qua diuinum. 48. 19. 2.

Officium Defunctorum.
Quando dicendum. 123. 48. 6.

Oratio.
Qualis debeat eſſe, & qua Reuerentia ſeruanda in diuinis Officijs. 50. 20. 1.
Completo opere Dei, qui vult priuatè orare, non eſt diſtrhaendus. 129. 52. 1.
Oratio mentalis quando, & vbi facienda. 129. 52. 2. 3.
Oratio quadraginta horarum quando facienda, & quomodo. 129. 52. 4.
Orandum eſt pro Fratribus abſentibus, & quomodo. 192. 67. 1.

Ordo.
Quæ debeant eſſe præ requiſita, vt quis poſſit promoueri ad Sacros Ordines. 167. 62. 2. 3.
Promouendi ad Sacros Ordines ſolùm de biennio in biennium promoueantur. 168. 62. 4.
Quanti temporis diſpenſationem, & à quibus poſſint impetrare promouendi. 168. 62. 4. 5.
Promouendi ad Sacros Ordines, vel inſufficientes quibus pœnis ſubiacent. 168. 62. 6. *& pag.* 173. *c.* 63. *§.* 3.
Promotus ad Sacros Ordines ſine debita ſufficientia, & ſine alijs requiſitis ſuſpendatur ab ordinis adminiſtratione. 168. 62. 7.
Superior permittens ordinari inſufficientem puniatur à Capitulo Generali. 168. 62. 7.
Quæ debeant ſeruari, vt quis primo anno, quo eſt in aliquo Monaſterio, ad Sacros Ordines promoueatur. 169. 62. 8.

Fugi-

Fugitiuis ad Sacros Ordines promotis extra obedientiam, non permittatur in eis miniſtrare. 171. 62. 17.
Promotus ad Sacros Ordines in Apoſtaſia ab eorum adminiſtratione perpetuo arceatur. 171. 62. 17.

Oſculum pacis.
Quando animo, & mente exhibendum. 133. 53. 4.

Oſtiarius.
Quid agere debeat Hoſpitibus ſuperuenientibus. 132. 53. 2.
Sub qua pœna teneatur præſentare Superiori literas, & munera ad quoſcunque Monachos directa. 140. 54. 9.
Qualis eſſe debeat. 189. 66. 1.

P

Panis.
Apponatur quantum ſatis eſt. pag. 102. c. 39. §. 2.

Parietes.
Circa parietes non ſint panni pendentes, vel alia ſuperflua ornamenta. 146. 55. 19

Pauperes.
Pauperum præcipuam curam habeat Cellerarius. 77. 31. 5

Pecuniæ.
Inordinatè exigentes pecunias à Conſanguineis, vel alijs, qua pœna puniantur. 88. 33. 6.
Monachi, aut Commiſſi ne quidquam ad inuicem emant, ſeu vendant; qua pœna puniantur, qui aliquid emunt nomine Laycorum. 88. 33. 7. 8.
Pecunias nemini licet expendere, aut tenere ſine licentia Abbatis, ſed Abbati deferenda, & quocunque titulo apud Monachos exiſtentes, Depoſitario conſignandæ. 89. 33. 9.
Pecunias, cenſus, & alia bona non reuelantes qua pœna puniendi, & pecuniæ proprietariorum quomodo applicandæ. 89. 33. 9.
Pecuniæ Confeſſarijs oblata à Pœnitentibus vel recuſentur, vel ad Sacriſtam dirigantur. 170. 62. 13.

Pœnitentia.
Pœnitentiæ à Conſtitutionibus taxatæ ſunt inuiolabiliter obſeruandæ. 63. 25. 1.
Pro delicto ſecreto, fiat pœnitentia ſecretò, pro publico publicè. 64. 25. 2.

nua ſecundum rubricas Breuiarij. 127. 50. 1.
Opere Dei completo ſit breuis morula in Choro, & quare. 129. 52. 1.
Monachi hoſpites ſe conforment in diuino Officio cum Monachis Monaſterij. 136. 53. 16.
A' diuino Officio nullus ob aliquam artem eſt facile eximendus. 149. 57. 1.

Officium B. M. Virginis.
Quo tempore diſpenſetur recitatio conuentualis Nocturnorum, & Laudum B. V. M. 36. 8. 7.
Non ſatisfiat Officio B. V. M. in Choro niſi ſaltem per quatuor. 48. 19. 2.
Eadem cura perſoluendum, qua diuinum. 48. 19. 2.

Officium Defunctorum.
Quando dicendum. 123. 48. 6.

Oratio.
Qualis debeat eſſe, & qua Reuerentia ſeruanda in diuinis Officijs. 50. 20. 1.
Completo opere Dei, qui vult priuatè orare, non eſt diſtrhaendus. 129. 52. 1.
Oratio mentalis quando, & vbi facienda. 129. 52. 2. 3.
Oratio quadraginta horarum quando facienda, & quomodo. 129. 52. 4.
Orandum eſt pro Fratribus abſentibus, & quomodo. 192. 67. 1.

Ordo.
Quæ debeant eſſe præ requiſita, vt quis poſſit promoueri ad Sacros Ordines. 167. 62. 2. 3.
Promouendi ad Sacros Ordines ſolùm de biennio in biennium promoueantur. 168. 62. 4.
Quanti temporis diſpenſationem, & à quibus poſſint impetrare promouendi. 168. 62. 4. 5.
Promouendi ad Sacros Ordines, vel inſufficientes quibus pœnis ſubiacent. 168. 62. 6. *& pag.* 173. *c.* 63. §. 3.
Promotus ad Sacros Ordines ſine debita ſufficientia, & ſine alijs requiſitis ſuſpendatur ab ordinis adminiſtratione. 168. 62. 7.
Superior permittens ordinari inſufficientem puniatur à Capitulo Generali. 168. 62. 7.
Quæ debeant ſeruari, vt quis primo anno, quo eſt in aliquo Monaſterio, ad Sacros Ordines promoueatur. 169. 62. 8.

Fugi-

Fugitiuis ad Sacros Ordines promotis extra obedientiam, non permittatur in eis miniſtrare. 171. 62. 17.
Promotus ad Sacros Ordines in Apoſtaſia ab eorum adminiſtratione perpetuo arceatur. 171. 62. 17.

Oſculum pacis.
Quando animo, & mente exhibendum. 133. 53. 4.

Oſtiarius.
Quid agere debeat Hoſpitibus ſuperuenientibus. 132. 53. 2.
Sub qua pœna teneatur præſentare Superiori literas, & munera ad quoſcunque Monachos directa. 140. 54. 9.
Qualis eſſe debeat. 189. 66. 1.

P

Panis.
Apponatur quantum ſatis eſt. pag. 102. c. 39. §. 2.

Parietes.
Circa parietes non ſint panni pendentes, vel alia ſuperflua ornamenta. 146. 55. 19

Pauperes.
Pauperum præcipuam curam habeat Cellerarius. 77. 31. 5

Pecuniæ.
Inordinatè exigentes pecunias à Conſanguineis, vel alijs, qua pœna puniantur. 88. 33 6.
Monachi, aut Commiſſi ne quidquam ad inuicem emant, ſeu vendant; qua pœna puniantur, qui aliquid emunt nomine Laycorum. 88. 33. 7. 8.
Pecunias nemini licet expendere, aut tenere ſine licentia Abbatis, ſed Abbati deferenda, & quocunque titulo apud Monachos exiſtentes, Depoſitario conſignandæ. 89. 33. 9.
Pecunias, cenſus, & alia bona non reuelantes qua pœna puniendi, & pecuniæ proprietariorum quomodo applicandæ. 89. 33. 9.
Pecuniæ Confeſſarijs oblata à Pœnitentibus vel recuſentur, vel ad Sacriſtam dirigantur. 170. 62. 13.

Pœnitentia.
Pœnitentiæ à Conſtitutionibus taxatæ ſunt inuiolabiliter obſeruandæ. 63. 25. 1.
Pro delicto ſecreto, fiat pœnitentia ſecretò, pro publico publicè, 64. 25. 2.

Prælatus non poteſt diſpenſare, ſed ſolum commutare pœnitentias per Conſtitutiones impoſitas. 64. 25. 2.

Per triduum pœnitentiam differens bis eandem pœnitentiam faciat, per aliud triduum differens, tertiò pœnitentiam iteret; poſt nouem dies pœnitentiam differens carceri mancipetur. 64. 25. 2.

Recuſantes pœnitentiam nec à Prælato nec à Præſide poſſint diſpenſari, & reſpuentes, ſi non reſipiſcunt, auſteriori diſciplinæ ſubiaceant. 64. 25. 3. & 4.

Pernoctare.

Dormire, & pernoctare extra Monaſteria Monachis inhibetur. 24. 6. 9. & 10.

Vbi ſunt noſtra Monaſteria ſine Abbatis licentia non eſt pernoctandum apud exteros. 128. 51. 1.

Præcedentia.

Superiorum, & Monachorum præcedentia. 173. 63. 1. 5. & ſeq.

Locus ſuperior nemini concedendus & quare. 173 63. 2

Abbatis Caſinenſis præcedentia. 177. 63. 14.

Prioris Caſinenſis. 177. 63. 15.

Abbatis S. Pauli de Vrbe. 178. 63. 16.

Abbatis SS. Trinitatis Cauæ. 178. 63. 16.

Procuratoris Generalis in Curia. 178. 63. 16.

Prælatus.

Vide Abbas.

Præpoſitus.

Vide Prior Clauſtralis.

Præſidens.

Nō poteſt diſpenſare rebellibus pœnitētias recuſantibus niſi ad breue tempus. 64 25. 3.

Habeat apud ſe clauem, ſub qua contineantur acta Viſitationum. 84 32. 8.

Cauſas Monaſteriorum in ſe ſuſcipiat, ſi opus fuerit. 84. 32. 11.

Curet vt Monaſterio impotenti pro cauſis tuendis ſubueniāt cætera Monaſteria. 85. 32. 13.

Quomodo debeat iura totius Congregationis violata tueri. 85. 32. 14.

Quando ſufficiat licentia Præſidis pro ordinando. 168. 62. 3.

Præſidentis præeminentia. 174. 63. 5.

Non concedat facultates vltra tempus ſuæ Dignitatis duraturas.

Digitized by Google

raturas. 178. 63. 18.
Facultates à Præſide conceſſa ſint ſignata Sigillo Congregationis. 178. 63. 19.
Nulli licet accedere ad Patrem Præſidentem ſine ipſius, vel ſui Abbatis facultate. 193. 67. 6.

Prima.
Qua hora pulſandum pro dicenda Prima tempore Quadrageſima. 123. 48. 6.

Prior Clauſtralis.
Quæ dicuntur de Abbate intelligenda ſunt de Priore, vbi habetur ſolus titulus Prioratus. 16. 3. 9.
Venit nomine Seniorum 16. 3. 10.
Debet eſſe ſolicitus circa regularem obſeruantiam 53. 21. 1.
Habilitari non poteſt ad Abbatiam, nec Decanus ad Prioratum. 56. 21. 9.
Non poteſt quis eligi in Priorē Clauſtralem, niſi poſt quinquennium Decanatus. 57. 21. 11.
Non poteſt eligi in Abbatem, niſi permanſerit per biennium in ſua reſidentia. nec Decanus fieri Prior, niſi per biennium vacauerit Regulari obſeruantiæ, exceptis tamen Lectoribus, & Concionatoribus. 57. 21. 11.
Qua conditione poſſit Capſam claui particulari obſerare 60. 22. 8.
Non excuſatur à miniſterio Coquinæ, & tenetur legere, & inſeruire ad menſam 92. 35. 1.
Stet immediatè poſt Abbates Titulares, & poſt ipſum Priores Titulares. 173. 63. 1.
Priores Titulares, raro, & ſolum iuſtis de cauſis creentur. 173. 63. 2.
In alieno Monaſterio Prior Clauſtralis ſtet immediatè poſt Priorem Clauſtralem illius Monaſterij 176. 63. 12
Prior Clauſtralis non eſt perpetuus. 185. 65. 1.
Poſt Capitulum Generale, abſoluitur ab Officio cum cæteris Officialibus ab Abbate, & quomodo. 185. 65. 2.
Apud Priorem Clauſtralē mortuo Abbate, vel ad Capitulum accedente remanet omnis poteſtas, & quandiu. 186. 65. 6.
Prior qui, abſente, vel mortuo Abbate, faciat contra eius decreta, vel aliquid innouet quomodo puniatur. 186 65. 7. & 12.
Prior Clauſtralis tempore, quo

eſt

eſt cum cæteris Officialibus abſolutus, tenet locum ſuæ Profeſſionis. 186. 63. 3.
Prior non poteſt deputari Abbas illius Monaſterij in quo immediatè fuit Prior. 188. 65. 13.

Priuilegia.

Congregationis priuilegia in quibus Monaſterijs cuſtodienda, & qua cura; Nec inde amoueantur, niſi neceſſitas vrgeat ſine facultate Præſidis, & duorum Viſitatorum. 83. 32. 5.
Ad alia Monaſteria Noſtra vrgente neceſſitate ſunt transferenda, & intra menſem reſtituenda, & ſub qua pœna. 83. 32. 6. & 7.
Priuilegiorum tranſumpta autentica ſint in quolibet Monaſterio. 84. 32. 7.
Non ſinat Abbas Priuilegia Monaſteriorum violari. 84. 32. 11.

Procurator Generalis in Curia.

Cauſas Monaſteriorum viriliter defendat, cum fuerit requiſitus, ſumptibus Monaſterij, pro quo agitur. 85. 32. 11.
Quos Abbates præcedat. 178. 63. 16.

Profeſſio.

Non admittantur Nouitij ad profeſſionem ſine conſenſu Monachorum. 14. 3. 1.
Non admittantur ad profeſſionem Nouitij niſi in humilitate profecerint. 32. 7. 1.
Non eſt admittendus ad profeſſionem, qui ſextum decimũ annum non expleuerit. 73. 30. 1.
Formula profeſſionis. 157. 58. 14.

Proprietas.

Abbas auferat à Monachis ea, quæ cognoſcit nimio affectu poſſideri, nemini concedendo aliquid ad vſum in vita eius. 86. 33. 1.
Abbas cum à Capitulo ad Monaſterium peruenerit denunciari ſibi faciat ab omnibus libros, nummos, & cætera pretioſa, & quæcumque ſunt ad vſum Monachorum Abbas pro libito diſpenſare valeat. 87. 33. 4.
Inordinatè exigentes pecunias à Parentibus, vel ab alijs quæ pœna puniantur. 88. 33. 6.
Pecunias, & alia bona non reuelantes qua pœna mulctentur. 88. 33. 9.

Pro-

Digitized by Google

Proprietarij qua pœna punien-di, & à quibus. 89. 33. 9.

Pſalmi Graduales.

Quando dicendi ſint. 123. 48. 6.

Pſalmi Pœnitentiales.

Quo tempore ſint dicendi. 123 48. 6.

Pſalmodia.

Qua deuotione, & reuerentia ſit pſallendum. 48. 19.

Pſalmodia voce alta, & ſono-ra, & pauſa interpoſita exerceatur. 48. 19. 1.

Pueri.

Pueri minores quinto decimo anno non recipiantur. 73. 30. 1.

Q

Quadrageſima.

Tempore Quadrageſimæ non concedantur recreationes, nec facultates eundi ad alia loca, vel Ciuitates etiam de-uotionis gratia. pag. 23. c. 6. §. 5. & 10.

Quando pulſandum ſit pro horis diuini Officij tempore Quadrageſimæ. 123. 48. 6. 7. & ſeq.

Occurrente feſto duodecim lec-tionum, duæ Miſſæ dicendæ, & quo ordine. 124. 48. 8.

Qua hora tempore Quadrage-ſimæ Monachi debeant refi-cere, & poſt refectionē quid faciendum. 124. 48. 11.

Quando incipiat Quadrageſi-ma. 126. 49. 1.

R

Recreationes.

Singulis hebdomadibus tan-tum ſemel concedantur, quibus ſemper interſit ali-quis Superior, Tempore au-tem Quadrageſimæ, & Ad-uentus nullæ permittendæ ſunt. pag. 23. c. 6. §. 5. & ſeq.

Recreationis gratia ad alia lo-ca, & Ciuitates pergere ra-rò conceditur. 24. 6. 11.

Quibus temporibus indulgen-tiores debeant eſſe Abbates in recreationibus. 106. 41. 4

Rectoriæ.

Rectorijs, qui nam deputandi, & ad quid teneantur depu-tanti ad Rectorias. 79. 31 9.

Refectio.

Hora Refectionis. 105. 41 2. 5. & 6.

Refectorium.

Abbas quo ad fieri poteſt co-menda e

T

mendat in Refectorio. 12. 2. 2.

In Refectorio Obſeruantiæ ſeruetur ſemper ſilentium. 130. 52. 5.

In Refectorio Obſeruantiæ carnes comedi non debent, poſſunt tamen comedi in Refectorio Valetudinarij. 102. 39. 3.

In Refectorio bibendum poculis fictibilibus ex vtraque manu apprehenſis. 40. 2.

Referre.

Qui refert in Monaſterio audita vel viſa extrà, puniatur. 192. 67. 2. & 3.

Regimen.

Non poteſt concedere facultatem viuendi extrà Congregationem. 25. 6. 11.

Curet pœnitentias taxatas à Conſtitutionibus obſeruari à Tranſgreſſoribus. 65 25. 5

Puniat Abbates negligentes in cura Infirmorum. 94. 36. 1.

Poteſt diſpenſare promouendis ad Sacros Ordines per annum. 168. 62. 4.

Ad Regimen, vel Capitulum Generale ſpectat diſponere de fugitiuis in Carcerem detruſis. 68. 28. 3.

Regula.

Textus Regulæ quando nam ſit legendus in Capitulo. 44. 17. 1.

Caput Regulæ lectum in Capitulo legi debet ad primam, & ſecundam menſam. 98. 38. 2.

Religioſus.

Religioſi ex ordine non mendicantium quibus conditionibus poſſint recipi in Congregatione. 166. 61. 4.

Reiecti.

Reiectus ob deprauatos mores à quocunque Prælato in Monaſterio ſuæ Profeſſionis carceri mãcipetur. 196. 67. 18.

Reuelatio.

Tractata in Capitulis Monaſteriorum non debent reuelari, & quæ pœna ſtatuatur reuelantibus. 16. 3. 8.

Roma.

Romam accedere prohibetur ſine licentia P. Præſidis, vniuſque Viſitatoris, nec non Abbatis S. Pauli, & Procuratoris Generalis. 182. 64. 4

Rubricæ.

Breuiarij, & Miſſalis Monaſtici

Digitized by Google

ſtici rubricæ inuiolabiliter ſeruanda. 40. 13. 1.

S

Sacellum.

Sit iuxta Portã Sacellum, in quod Hoſpites ad orationem introducantur. pag. 132. c. 53. § 2.

Sacerdos.

Sacerdotes cõmunicantes quãdo non celebrant ſtolam ſuper humeros habeant. 99. 38. 4.

Miſſam celebrantes qua deuotione id præſtare debeant. 117. 47. 2.

Sacerdotes noſtram Congregationem ingredientes teneãt locum profeſſionis, ſupra tamen Nouitios; aliquando omittant celebrare, & quare. 163. 60. 1. 2. & 3.

Quæ conditiones prærequirãtur vt quis in Sacerdotem poſſit ordinari. 167 62. 2.

Sacerdotes ſi celebrare noluerint, dicant Antiphonas. 169. 62. 10.

Sacriſta.

Accẽdat lampadem in Dormitorio, quando. 61. 22. 15.

Ad Sacriſtam ſpectat ſignificare horam operis Dei. 117. 47. 1.

Ad Sacriſtam ſpectat diſtributio Miſſarum pro Defunctis Fratribus. 204. 73. 2.

Sarabaitæ.

Quinam ſint. 7. 1.

Scripturæ.

Ad Congregationem ſpectantes ſeruentur in Monaſterio Sanctæ Iuſtinæ de Padua. 84. 32 8.

Scurrilitates.

Seueriſſimè puniantur. 23. 6. 1.

Aues, & animalia ad iocum prouocantia interdicuntur. 23. 6. 2.

Habitus transformatio, Choreæ & vana ſpectacula prohibentur. 23. 6. 3.

Seculares.

Quæ conditiones debeant ſeruari, vt Seculares poſſint ſuſcipi in noſtris Monaſterijs. 132. 53. 2.

Senes.

Qui veniant nomine Senum. 96. 37. 1.

Seniores.

Nomine ſeniorum qui intelligantur. 16. 3. 10.

Sigillum.

Sigilla Congregationis cuſtodienda. 84. 32. 9.

Monaſteria diligenter ſeruent ſigilla, quorum vſus interdicitur in conſulto Prælato. 84. 32. 10.

Sigilla adulterantes qua pœna plectantur. 84. 32. 10.

Sigilla Congregationis ſignentur facultates à Præſide, & Viſitatoribus conceſſa. 178. 63. 19.

Signa.

Legente Superiore ad menſam, ſigna particularia à quo fieri debeant. 98. 38. 1.

Signum incipiendæ comeſtionis, quando fieri debeat à Superiore. 100. 38. 8.

Signa præeminentiæ, & iuriſdictionis quænam ſint. 176. 63. 13.

Silentium.

Seruandum eſt poſt ſignum ſerotinæ dormitionis. 109. 42. 2.

In quibus locis ſeruandum. 130. 50. 5.

Spolium.

Spolium Defunctorum cui Monaſterio debeatur. 87. 33. 2. & 3.

Studia.

Studentes idonei ad diſcendum in quibus, & quomodo ſolicitè inſtruendi 118. 47. 3.

Monaſteria pro ſtudijs formalibus. 118. 47. 5.

Abbates poſſint pro libito mittere ſuos alumnos ad Monaſteria pro ſtudijs aſſignata. 118. 47. 5.

Studentes miſſi ad Monaſteria ſtudiorum alantur expenſis Monaſteriorum, quorum ſunt profeſſi. 118. 47. 5.

Studentibus quæ Indulgentiæ concedendæ à Superioribus Monaſteriorum. 119. 47. 7.

Vnus ex deputatis Monaſterijs eligatur qui ſcholis præſideat. 119. 47. 8.

Suffragia.

Quæ, & quomodo pro noſtris Defunctis præſtanda. 204. 73. 2. & ſeq.

T

Tapetia.

Eccleſiarum tapetia, & cetera diuino cultui dicata nõ commodanda ſecularibus. 81. 32. 3.

Tonſura.

Monachorum debet eſſe vniformis.

formis, & qualis; & uniformem non portantes grauiter puniantur. 143. 55. 4.

Tranſire ad aliam Religionem.

Non conceditur facultas tranſeundi ad aliam Religionem, niſi ſeruatis Decretis Sacræ Congregationis 68. 28. 4.

Qui prætextu tranſeundi ad arctiorem Religionem vagatur; cenſeatur vitioſè egredi è Religione. 70. 29. 1.

V

Vagari.

Per Ciuitates Monachis interdicitur. pag. 23. c. 6. §. 5.

Vectigal.

Non ematur, aut eſportetur quidquam pro Laycis abſque Vectigalium ſolutione, & ſub qua pœna. 88. 33. 8.

Vehicula.

Sine luxu, & ſuperfluitate eſſe debent. 144. 55. 7.

Vendere.

Non poſſunt ad inuicem Monachi, ac Commiſſi emere, vel vendere. 88. 33. 7.

Nihil de quauis arte in Monaſterio exercita vendatur ſine Abbatis facultate. 149. 57. 1.

Venetiæ.

Nemo accedat Venetias ſine facultate P. Præſidentis, aut Viſitatoris ſuæ Prouinciæ, & Prælatorum Venetiarũ. 196. 67. 17.

Veſtimenta.

Quare vtamur nigro colore in veſtibus, & in quibus. 142. 55. 1. & 2.

Vniformis qualitas nigrorum pannorum eſt adhibenda. 142. 55. 2.

Cuius coloris debeant eſſe veſtimenta interiora. 143. 55. 3.

Caligæ, & pedules ſint albi coloris. 143. 55. 3.

Æqualitas, & vniformitas in omnibus veſtibus ſeruanda. 143. 55. 3.

Cingulis ſericis nemo vtatur ſuper Tunicam, ſed ex corio confectis. 143. 55. 3.

Veſtimenta debent eſſe ex eo, quod vilius comparari poteſt. 143. 55. 5.

Qualia debeant eſſe pallia. 144. 55. 7.

Quales debeant eſſe pilei. 144. 55. 7.

Non

Non dentur pecuniæ pro veſtimentis, niſi in aliquo caſu neceſſitatis. 144. 55. 9.

Abbas debet omnibus prouidere de veſtibus ſecundum indigentiam. 144. 55. 9. & 18.

Qualis debeat eſſe veſtimentorum menſura. 145. 55. 10.

Menſura Cucullarum qualis ſit. 145. 55. 11.

Menſura Tunicellarum. 145. 55. 12.

Scapularia Monachorum, & Nouitiorum qualia. 145. 55. 13.

In Caputijs omnes ſequantur formam à Capitulo conſtitutam. 145. 55. 14.

Tunicæ, & Pallia Commiſſorum qualia. 145. 55. 15.

Color veſtium Commiſſorum qualis. 145. 55. 16.

Veſtimenta noua accipientes, vetera reſtituant, & ſub qua pœna. 145. 55. 17.

Inuentarium veſtimentorum quando & quomodo faciendum. 146. 55. 18.

Vſus camiſciæ Monachis interdicitur. 147. 55. 20.

Veſperæ.

Quo tempore pulſandum pro Veſperis tempore Quadrageſimæ. 124. 48. 9. & 10.

Vinum.

Apponatur quantum ſufficit, ſed dilutum bibant Monachi. 104. 40. 1.

Viſitatores.

Iurent coram Diffinitoribus pro habilitate promouendorum ad Decaniam 53. 21. 3.

Vnà cum Patre Præſide in Dieta non poſſunt eligere Decanos in Dieta. 57. 21. 10.

Curent, vt tollantur abuſus omnes circa redditus Monaſteriorum. 79. 31. 10.

Viſitatoribus exhibeatur inuentarium vniuerſale rerum Monaſterij 81. 32. 1.

Super quas expenſas debeant diligenter inquirere, perpendentes qua ratione redditus Monaſteriorum poſſint augeri. 81. 32. 4.

Quando nam debeant admonere Abbates, vt Cellerarios, & alios Officiales puniantur, & ipſi admoneantur ab Abbatibus comprouincialibus Monaſterij in ruinam vergentis, qui prouideant de opportuno remedio Monaſterijs labentibus. 81. 32. 4.

Cauſas Monaſteriorum tueantur cum opus fuerit. 84. 32. 11.

Quomodo

Quomodo curare debeant, vt Monaſterio impotenti pro cauſis tuendis ſubueniatur. 85. 32. 13.

Rigoroſè procedant contra proprietarios. 89. 33. 9.

In actu viſitationis inquirant ſuper eos qui illicitis negociationibus incumbunt. 149. 57. 2.

Poſſunt diſpenſare per tres menſes ijs, qui promouendi ſunt ad Sacros Ordines. 168. 62. 5

Viſitatorum præminentia. 174. 63. 6. *& ſequ.*

Non concedant facultates vltra tempus ſua viſitationis duraturas. 178. 63. 18.

Facultates à Viſitatoribus conceſſa ſint ſignata Sigillo Cõgregationis. 178. 63. 19.

Referant Regimini exceſſus Abbatum in ſuperfluis apparatibus Cubiculorum. 182. 64. 5.

Nulli licet accedere ad Viſitatores, ſine ipſorum, vel ſui Prælati facultate. 193. 67. 6.

Viſitationes.

Acta viſitationum in quibus Monaſterijs cuſtodienda, & quomodo. 84. 32. 8.

Vocare ad Conſilium.

Ad Conſilium vocandi ſunt omnes Monachi ab Abbate in grauioribus cauſis; pro minoribus verò vocandi ſunt tantum Seniores. 13. 3

Vocandi ſunt omnes Monachi pro receptione Nouitiorum; Pro collatione beneficiorum vbi eſt vſus; Pro Syndicatu, & collationibus ad longum tempus; Pro acceptatione Miſſarum perpetuarum; Pro alienatione rerum Eccleſiaſticarum immobilium & precioſarum mobilium. 14. 5. 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIMA PARS CONSTITVTIONVM CONGREG.NIS CASINENSIS

Pro directione Regiminis, & Regularis obſeruantiæ eiuſdem Congregationis.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

De Capitulo Generali celebrando, & eius tempore.

CAP. I.

ANTIQVORVM Patrum ſectantes veſtigia, & auctoritate Apoſtolica muniri, vt vigor obſeruantiæ Regularis, fraternaque charitas, & diuturna, ac conſtans inter nos perſeueret, in Chriſti ſeruitute concordia: Statuimus Capitulum Generale per Patres noſtræ Congregationis celebrari debere: Ordinantes de cętero, ad euitandas expenſas, ac itinerum incomoda, vt, quod ſingulis annis celebrari conſueuerat, in poſterum altero quoque anno, iuxtà Breue SS. D. N. Clem. Pap. X. ſub dat. 22. Auguſti 1670. cogi debeat: & hoc Dominica tertia ideſt vigeſima prima die poſt Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Digitized by Google

2 Quapropter ad Capitulum venire debentes, taliter ſe præparent tempore opportuno, vt ſtatuta die eſſe poſſint in loco; vbi Capitulum ipſum fuerit celebrandum.

De ijs, qui debent venire ad Capitulum Generale.

CAP. II.

1 Voniam, vbi nimia multitudo eſt, ibi plerumque ſolet eſſe confuſio, & difficultas veritatis habendæ; Idcircò ordinamus, quòd infraſcripti ſolùm ad Capitulum Generale alterio quoque anno venire teneantur: videlicet Pater Præſidens, cæterique Viſitatores quantumcumque à Capituli loco diſtent, omnes Prælati regiminis, Cancellarius, & Capſarius.

2 Quòd ſi legitima de cauſa continget Prælatos non venire; tunc ipſi Prælati, & Conuentus teneantur literas, tàm bonum Congregationis, quàm ſuorum Monaſteriorum concernentes, tranſmittere per vnum ex ſuis Monachis eligendum à Prælato cum conſenſu Seniorum, aut alium Nuntium fidelem, aut Prælatum propinquiorem, ſi maluerint.

3 Et vt tempore Capituli Generalis de ijs, quæ per Viſitatores in ſuis Viſitationibus reperta fuerint, clarior, veriorque habeatur notitia: Ordinamus, quòd ſi quis Viſitatorum, aliquo impedimento legitimo interueniente, ad Capitulum non venerit, per literas ſignificare teneatur ea, quæ grauia, & digna relatu vide-

videbuntur, & ipſe iudicauerit expedire, ſuper quibus eius conſcientiam oneramus.

4 Ordinamus inſuper, quòd tàm ſupradicti Prçlati, quàm quicunque alij Monachi noſtræ Congregationis, quocunque Officio fungantur, aut dignitate præmineant; quantumcunque à Capituli loco diſtent, ſi à Diffinitoribus, vel Regimine requiſiti fuerint, ad præfatum Capitulum Generale venire teneantur.

5 Præter ſupradictos autem, non præſumant Monachi noſtri, cuiuſcunque gradus, ſeu conditionis exiſtant, venire ad Capitulum Generale, ſeu ad loca circumuicina, niſi habita priùs à Diffinitoribus licentia in ſcriptis. Quod ſi contra fecerint, non audiantur à Diffinitoribus, & ieiunent ter in pane, & aqua in terra in Refectorio, & ſtatim peracta pœnitentia dimittantur; Et ſi fuerint Superiores, eo ipſo, ſaltem per annum integrum, abſque alia declaratione, intelligantur eſſe ſuſpenſi à gradu Superioritatis. Quod non intelligitur de his, qui à Prçlato Monaſterij, vbi Capitulum celebrandum eſt, conuocati fuerint ad concionandum, vel diſputandum, cum licentia Patris Prçſidentis.

6 Ordinamus inſuper, quòd nullus Prælatus veniens ad Capitulum ſecum ducat alium Monachum quouis titulo, atium Scribç. Poſſit tantùm Commiſſum cauſa infirmitatis, çtatis, aut diſtantiç, ſecum ducere. Monachus alius, aut Cellerarius, ex quauis cauſa venire non poſſit. Quod ſi computa, aut alia huiuſmodi negotia pertractanda erunt, Prçlati ſatisfa-

 ciant,

Digitized by Google

ciant. Excluditur tamen à prędictis prohibitionibus Pater Præſidens, qui ſecum ducere debet ſcribam ſuum. Ipſe autem teneatur, quam primum Prelati venerint ad Capitulum, omnes alios, qui ad locum Capituli veniſſent præter prędictos, qui debent, & poſſunt venire, ab eodem loco dimittere. Quod ſi pro aliquo caſu neceſſario Diffinitores aliquem admiſerint audiendum, non permittant talem morari in Monaſterio Capituli, vltra diem vnum, ſed eum audiant, & dimittant. Quod etiam intelligimus de ijs, qui forte ab ipſis vocati eſſent, hos enim, ſtatim ac completa ſunt ea, ob quę accedere iuſſi ſunt, dimittendos eſſe decernimus.

Dę Modo ſcribendi Capitulo Generali.

CAP. III.

1 ORdinamus, quod ſi quis Monachorum noſtrorum voluerit aliqua notificare Capitulo Generali, ſcribat ipſe, ac ſi ipſe neſciat ſcribere, tunc enim alium Monachum nomine illius ſcribere poſſe permittimus: Qui ne detineat Diffinitores, in pluribus occupatos, clarè, breuiter, & ſuccinctè ſcribat cum ſubſcriptione ſui nominis exponendo cauſas petitionis ſuæ. Alioquin ſi præfatæ literę ſubſcriptione caruerint, à Diffinitoribus non adhibeatur eis fides; ſed ſi vllo vnquam tempore in lucem venerint Auctores talium literarum, carceri mancipentur.

Caueant

2 Caueant autem Monachi, ne de ijs, quæ ante Viſitationem Monaſterij acciderint, aliquid Capitulo ſcribant: Quod ſi aliqui ea, quæ Viſitatoribus exponere debuerant (qui præſentes omnia cognoſcere, & opportunè prouidere potuiſſent) ad Capitulum deferre maluerint, niſi vrgens cauſa ſubſiſtat, grauiter pro modo culpæ puniantur.

3 Nullusque Noſtrorum, etiam ſi de numero Superiorum ſit, alterius literis ſubſcribat, aut ſuis ſubſcribere faciat, quouis quæſito colore: præterquam ſi aliqua de cauſa bonum Monaſterij concernente, Superiores omnes, ad vitandam multiplicitatem literarum, de communi conſenſu, aliquid inſinuandum Patribus indicauerint: Nec alius alium ſolliciter, aut faciat practicam, vt ſcribat, aut relationem mittat, Qui contrafecerit ter in pane, & aqua in terra in Refectorio ieiunet.

4 Vltimò ordinamus, ne, volentes ſcribere Capitulo, inordinatis paſſionibus ſeducantur, nec quadam animi facilitate ſcribant, ſed Deum præ oculis habentes, ea quæ fuerint neceſſaria, & vtilia ſuggerant Patribus, cum omni modeſtia, & grauitate.

5 Quòd ſi quid fuerit ſcriptum in præiudicium alicuius tertiæ Perſonæ, reſeruentur illæ literæ Viſitatoribus dandæ; qui diligenter tempore Viſitationum de contentis in illis inquirent. Qui verò illas ſcripſerint, ſtent ad pœnam talionis; & ſi fuerint in dignitate conſtituti, inſuper deponantur: ſi tamen falſa ſcripſiſſe fuerint conuicti.

6 Vt tamen pax, & beneuolentia inter Prælatos, &

Monachos noſtros conſeruetur, admonemus Prælatos, ne tempore Capituli, vel Viſitationum quærant quouis modo, quis contra eos ſcripſerit, vel ipſos accuſauerit, ſed potius diſſimulent ſe neſcire; immò, nec moleſtè ferant. Et cum ad Monaſteria ſua peruenerint, hortentur ſuos, vt etiam ipſi ſimiliter faciant.

Quæ, per Prælatos ad Capitulum venientes ſunt deferenda, & in Capitulo petenda.

CAP. IV.

1 ORdinamus, quòd Prælati noſtræ Congregationis, aut qui ab eis eorum nomine, miſſi fuerint, deferant ſecum venientes ad Capitulum, infraſcripta. In primis, nomina Monachorum, qui illo anno profeſſionem emiſerint, ac diem quo profeſſi fuerint; nec non eorum, qui in Domino quieuerint, aut eiecti, aut quocunque modo diminuti fuerint.

2 Portent etiam in ſcriptis nomina omnium Monachorum Conuentus ſui, ac locum, annum, & diem, vbi, & quo profeſſi ſunt: ſecundum tamen gradus, & ordines, quos in Monaſterijs ſuis tenent.

3 Portent inſuper annuos redditus, & expenſas ſuorum Monaſteriorum, ac computa debitorum, & creditorum ſeriatim deſcripta.

4 Curent præterea ijdem Prælati, quod ſolutiones taxarum, iuxta ratam cuilibet Monaſterio aſſignatam,

tam, fiant ſingulis quattuor menſibus, prout per Capitulum Generale fuerit ordinatum: Quod ſi hoc adimplere neglexerint, ſiquidem ad Capitulum venerint, ſciant ſe voce actiua, & paſſiua in eodem Capitulo priuatos eſſe; & inſuper teneantur ad quodlibet intereſſe inde emergens pro rata illius debiti. Cellerarij veró, ſi hoc, ipſorum culpa euenerit, pro modo culpæ ſeuerè puniantur.

5 Ad officium etiam Prælatorum ſpectet petere licentias pro illis, qui promouendi ſunt, tam ad ordines Sacros, quàm ad gradum ſuperioritatis: ac etiam literas gratioſas pro benefactoribus Monaſterij ſui, quę trium numerum non excedant.

6 Et quia Parentibus Fratribus, ac Sororibus Fratrum Congregationis noſtræ per Patres, dictę literæ gratioſæ conceſſæ ſunt; amodò pro eis non requirantur.

7 Item ad ipſos ſpectet petere facultatem proficiſcendi ad Balnea pro infirmis noſtris: ſeruatis tamen ſeruandis, prout in Declaratio Regulæ cap. 36. de Infirmis Fratribus.

†

De forma Capituli Generalis, & primò quibus Perſonis conſtet.

C A P. V.

1 DEclaramus pariter, & ordinamus, Præſidentem Regiminis, Viſitatores, ac Prælatos habentes titulum, & ad miniſtrationem, vel principalem adminiſtrationem tantùm Monaſteriorum noſtræ Congregationis, vnà cum Cancellario, & Capſario, totum Capitulum Generale facere, quos intelligimus repræſentare totam Congregationem, ipſo durante Capitulo. Volentes quòd omnes Prælati vocem tàm actiuam, quàm paſſiuam, in Capitulo (ſi tamen præſentes extiterint) habeant; abſentes autem à Capitulo, nullam vocem habere poſſint. Cancellerius verò, & Capſarius vocem tantùm actiuam habent, per Breue fel. Record. Vrbani Octaui illis conceſſam.

2 Sabbato igitur, ante tertiam Dominicam poſt Paſcha, fiat in Miſſa Commemoratio de Spiritu Sancto; & poſt Nonam Pater Præſidens in cubiculo ſuo expedienda abſoluat vnà cum Viſitatoribus, vel aliquo eorum abſente, cum alijs Prelatis, qui numerum, ad integrum Regimen requiſitum, vice abſentium ſupplere debent.

3 In loco poſtea ad id deputato conuocatis omnibus de Capitulo ipſemet Præſidens, præmiſſa prius oratione mentali, dicat Verſus: Saluos fac ſeruos tuos. ℞. Deus

Digitized by Google

℞. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis. ℞. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis. ℞. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. ℞. Et de Sion tuere nos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. OREMVS.

Actiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Famulorum tuorum quæſumus Domine delictis ignoſce, vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, Genitricis filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur.

Interceſſio vos, quæſumus Domine B. P. N. Benedicti Abbatis commendet, vt quòd noſtris meritis non valemus, eius patrocinio ſequamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Facta verò per Præſidentem monitione circa ea, quæ neceſſariò pro augmento regularis obſeruantię ſuggerenda Prælatis iudicabit, idem Præſidens, & Viſitatores vocent coram omnibus ſingulos in Cathalogo deſcriptos à Quæſtore, & ipſe Quęſtor fidem ſcripto faciat de omnibus, qui integrè ſatisfecerint, aut non.

Deinde legere faciat per Patrem Cancellarium, publicè audientibus omnibus, ſequens Capitulum.

De

De ijs, qui faciunt practicas in electione Diffinitorum ex Bulla Leonis Decimi.

CAP. VI.

1 DEcernentes &c. eos, qui circa Diffinitorum electionem per ſe, vel per alios directè, vel indirectè quocumque tempore practicas fecerint, ſeu ab alijs practicari, vel aliter conſcij, aut quomodolibet talium practicarum notitiam habentes, & ante non reuelantes, excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua, niſi à P. Præſidente Regiminis, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, & inhabilitatis ad vocem actiuam, & paſſiuam in dicto Capitulo Generali, & ad Dignitates, Gradus, & Adminiſtrationes in dicta Congregatione, pœnis quinquennio duraturis, ipſo facto incurrendis, ligari, & inuolui: Nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in prædicta Bulla continetur.

2 Ad ſerenandas verò, Abbatum, & Monachorum noſtrorum conſcientias, & omnem ab eis prorſus ambiguitatis ſcrupulum remouendum, declarauit Gregorius Papa XIII., quod ob ſermones, qui inſimul, non ambitus, vel alterius improbæ, ſed bonæ intentionis cauſa, de idoneitate, vel inſufficientia ad Diffinitoriatus officium eligendorum, habiti fuerint, ſeu quos in futurum haberi continget, ſupradictas,

ſen-

Digitized by Google

ſententias, cenſuras, & pœnas non incurrerint, aut incurrant.

3 Legatur præterea ab eodem Patre Cancellario Breue Apoſtolicum eiuſdem Gregorij Tertij decimi contra apellantes, nuper à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Octauo ſub die 11. Maij 1638. confirmatum, & ampliatum: nec non & Decretum editum in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis, habita coram eodem Sanctiſſimo: Vt omnium Regularium Superiores ſuos ſubditos, & Religioſos per ſæpè commoneant de iniuncta omnibus obſeruantia, & executione Apoſtolicarum Conſtitutionum, & Decretorum ad Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem pertinentium, quod incipit Sanctiſſimus D. N. ſedulò incumbens &c. publicatum die 5. Ianuarij 1633. prout in prædictis Breui, & Decreto ordinatur. Deinde moneat omnes, vt interſint Miſſæ, quæ die ſequenti ſolemniter cantabitur de Dominica, vel de Sancto, ſi in illa die feſtum duplex occurrat, cum commemoratione de Spiritu Sancto, vt Dominus illuminare dignetur, & dirigere in ſuo beneplacito corda Patrum Capitulum celebrare debentium; & recedentibus omnibus, qui non ſunt de Capitulo, Præſidens legat infraſcripta ad electionem ſcrutatorum ſpectantia; quibus lectis, ad eorum electionem per Prælatos procedatur.

†

De

De Electione Scrutatorum.

CAP. VII.

1 ORdinamus primò, ne quis, conſanguinitate vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, coniunctus alicui ex Prælatis, ad quos electio ſpectat Diffinitorum, in Scrutatorem deligatur. Singuli igitur Viſitatores, quatuor, qui non ſint de Capitulo nominent ſecretè in aurem Patris Præſidentis: ipſe etiam Pater Præſidens quatuor nominare poſſit, quos in ſchedula conſcribat, & eos poſt modum nominet. Qui nominati ſecretis omnium Prælatorum ſuffragijs exponantur, & illi quatuor, qui plura vota fauorabilia habuerint, ſint Scrutatores electi in omnibus actibus Capitularibus, durante ipſo Capitulo; & ſi fuerint aliqui pares in vocibus, præferantur, qui locum Superiorem in Monaſterio tenuerint. Volumus tamen pro pace, & vnitate ſeruanda, vt vnus tantum, & non plures in eodem Monaſterio profeſſi, Scrutatores eligantur.

2 Qui Scrutatores teneant Secretiſſima, quæ tenenda erunt; Contrafacientes verò, ſi fuerint graduati, & tranſgreſſio manifeſta, teneant locum ſuæ profeſſionis in Monaſterio, ſaltem per duos menſes; ſi verò non fuerint graduati, poſt omnes profeſſos, ſimiliter per duos menſes ſtent degradati in Monaſterio; & inſuper eo ipſo ſint priuati Scrutatorum officio, ad quod deinceps in perpetuum ſint inhabiles.

Si

3 Si verò culpa fuerit latens, ter in pane, & aqua ieiunent: nec ab aliquo diſpenſari poſſit.

4 Hoc Capitulum legat etiam P. Præſidens ipſis Scrutatoribus die ſequenti, coram omnibus de Capitulo, antequam ad electionem Diffinitorum procedant.

De abſolutione Præſidentis, & aliorum Prælatorum ab eorum Regimine.

Hoc Capitulum legit Pater Præſidens Dominica tertia poſt Paſcha, dicta Nona coram omnibus de Capitulo.

CAP. VIII.

1 DOminica igitur tertia poſt Paſcha, ſolemniter cantata à Patre Præſidente Miſſa, currente cum commemoratione de Spiritu Sancto, vt ſupra dictum eſt, poſt Nonam, pulſata campana, & omnibus, qui ſunt de Capitulo, in loco ad id deputato, congregatis, genibus flexis, præmiſſa mentali Oratione, Præſidens Regiminis omnes de Capitulo huiuſmodi alloquatur ſermonibus.

2 Patres dilectiſſimi, quia ſecundum antiquam, & laudabilem conſuetudinem noſtram tempore Capituli Generalis vacare debent omnia beneficia, Dignitates Prælationes, & Officia Generalis Regiminis. Id circo; Ego D. N. humilis Præſidens Congregationis Caſinenſis vice, & nomine totius Capituli Generalis, Apoſtolica, ac etiam Conſtitutionum noſtra-

noſtrarum auctoritate, abſoluo ſingulos Viſitatores, Abbates, Adminiſtratores, & omnes habentes tàm titulum, quàm principale Regimen Monaſteriorum noſtrorum ab eorum officijs, cura, adminiſtratione, titulo, & Regimine, & eos abſolutos pronuncio.

3 Si verò Præſidens non inter fuerit Capitulo, antiquior Viſitator, qui illic aderit, omnia ſupradicta, nomine, & vice Præſidentis pronunciet. Qua abſolutione facta, cæteri omnes aperto capite ſurgant, eidem abſolutioni reuerenter annuentes, locaque ſuę profeſſionis illicò petant.

4 Subſequenter Præſidens dicat. Et ego D. N. denuncio me abſolutum, iuxta tenorem Priuilegiorum, & Conſtitutionum Congregationis noſtræ, ab Officio Præſidentiæ, & Viſitationis, nec non à titulo, Regimine, & Adminiſtratione Monaſterij N. Placeat itaque Paternitatibus veſtris, die ſtatuta prouidere de magis idoneo.

5 Poſt hæc proſtratus coram omnibus, de exceſſibus, & negligentijs ſuis ſe accuſet, & ſubijciat ſe Capituli correctioni; veniam, & orationem pro ſe ab adſtantibus poſtulans; & facto ſigno ab Antiquiore Capituli, ſurgat, & reuertatur ad locum ſuæ profeſſionis.

6 Similiter omnes alij faciant, qui in illo anno Viſitatores fuerint, aut Monaſteriorum principale Regimen habuerint, vnuſquiſque ſecundum ordinem ſuum, incipiendo à maiore; & facto ſigno ab Antiquiore. ſurgant, & ad ſuæ profeſſionis loca redeant. Quibus peractis, ad electionem Diffinitorum procedatur.

Digitized by Google

datur. Declarantes poſt prædictam abſolutionem Prælatorum, Abbates ſolùm titulum habentes debere tenere locum ſuæ profeſſionis in Monaſterijs, in quibus reperiuntur.

De Electione Præſidentis Capituli, Diffinitorum, & Conſeruatorum.

CAP. IX.

1 QVoniam plura in Capitulo Generali tractanda occurrunt, quæ, ſi per omnes de Capitulo agerentur, tædium plerumque expeditionis difficultas pareret. Idcircò, vt diffiniendorum facilior eliciatur concluſio, ordinamus, iuxtà tenorem Priuilegiorum noſtrorum, nouem Diffinitores eligi debere ex Prælatis, qui ſunt de Capitulo, quorum vnus ſit de Prouincia Sicula, vnus de Prouincia Neapolitana, vnus de Romana, vnus de Hetruſca, vnus de Ligura, duo de Veneta, & duo de Lombarda, iuxtà Breue Pauli Quinti. Quorum vnus eligatur Præſidens Capituli, vt infrà præſcribitur nu. 6.

2 Ordinamus etiam quemlibet abſentem à Capitulo, neque per Subſtitutum, neque per Epiſtolas, neque per Nuntium vocem in Capituli actibus habere poſſe.

3 Admonemus autem, vt vnuſquiſque Deum in hac electione ante oculos ſuæ mentis habeat, & quos iudicio ſuæ conſcientię pro vniuerſali Congregationis bono iudicauerit vtiliores, eligat.

In

4 In electione autem prædicta, iuxtà primæuam inſtitutionem fœl. record. Eugenij Quarti nouiſſimè à Sanctiſſimo D. N. Vrbano Octauo, per ſuas literas in forma Breuis die 8. Iulij 1637. approbatam, & innouatam, ſtatuimus, vt libera ſit vnicuique Prælatorum noſtrorum vocem habentium in Capitulo, eligendi facultas, quos ex eiſdem Prælatis ad Diffinitoriatus Officium magis idoneos iudicauerit (ſuper quo conſcientiam cuiuslibet ipſorum oneramus) nulla habita ratione, quod in vno, alterouè ex Capitulis Generalibus præcedentibus ſucceſſiuè Diffinitores fuerint, quoduè bis à Diffinitorio non vacauerint. Excipiantur tamen, qui in proximo præcedenti Capitulo Viſitatores electi fuerint, & Prælati in proxima item Dieta ad Abbatiam promoti: aduertaturque prætera, vnum tantùm, & non plures in eodem Monaſterio profeſſos, vel ex eadem Ciuitate, ſeu loco oriundos, licet ex diuerſis Prouincijs profeſſi ſint, ſimul in eodem Capitulo Diffinitores eligi poſſe; ità quòd nouem Diffinitores, ſinguli profeſſi, in diuerſis Monaſterijs eligantur.

5 Modus verò prædictæ electionis faciendæ erit iſte: Ponantur in ſacculo, vel vrna nomina ſeptem Prouinciarum; & Prælati capaces illius Prouinciæ, quæ primò extracta fuit, primò ſuffragijs ſupponantur, ſecundò Abbates capaces illius Prouinciæ, quæ ſecundò extracta fuit; & ſic deinceps omnes, ſemper hoc ordine ſeruato.

6 Facto autem ſcrutinio, illi intelligantur electi, qui maiori ſuffragiorum numero ſupra dimidiū fuerint appro-

approbati. Quòd ſi in primo ſcrutinio non reperientur nouem ſortiti ſuffragia ſupra dimidiam partem, fiat ſecundum ſcrutinium, in quo ſi idem euenerit, fiat & tertium. Si verò nec in eo fuerit nouenarius numerus completus; tunc conſideratis à ſcrutatoribus omnibus ſcrutinijs, illi intelligantur electi, qui in aliquo eorum plura habuerint ſuffragia, etiam infra dimidium. Ruſus de ipſis nouem ſic electis, fiat ſcrutinium pro eligendo Pręſidente Capituli, & quando citrà Alpes deputandus erit, prout infra ſtatuitur de electione Pręſidentis Regiminis cap. 20. nu. 2 exponantur votis tantummodò illi quatuor Diffinitores electi pro Prouincijs citrà, videlicet, Sicula, Neapolitana, Romana, & Hetruſca. Et è contra, quando vltrà Alpes erit deputandus, ſcrutinio ſubijciantur tantùm illi quinque electi pro Prouincijs vltrà, ideſt Veneta, Lombarda, & Ligura, & ille pręſideat, in quem plura ſuffragia, etiam infrà dimidium conuenerint. Quòd ſi in electione tàm Diffinitorum, quàm Pręſidentis, duo, vel plures fuerint in numero ſuffragiorum pares, antiquiores profeſſione pręferantur. Si autem ob quemcumque caſum contingeret in aliqua Prouincia reperiri vnum ſolum Abbatem, qui in Diffinitorem eſſet eligibilis: tunc ex Prouincia viciniori aſſumantur per ſcrutinium duo alij Abbates, qui cùm eligibili pro ſupradicta Prouincia, concurrant ad Diffinitoriatum, ita tamen, vt qui eſt ſolus eligibilis in illa Prouincia, primus votis committatur, & ſi ſufficientia vota non habuerit, ſuffragijs ſubdantur poſtea qui per dictum ſcrutinium electi fuerunt, quorum,

qui plura vota ſupra dimidium habuerit, intelligatur Diffinitor pro illa Prouincia, quę vnicum habuit Pręlatum eligibilem. Iuxtà pręſcriptam igitur formam, fiant prędictę electiones, & non aliter, nec alio modo.

7 Electis verò, & pronunciatis Diffinitoribus, & Prę-ſidente Capituli: rurſus nomina omnium Pręlatorum non Diffinitorum (ijs exceptis, qui Superiori Capitulo Diffinitores, & Conſeruatores, ac illo biennio Viſitatores fuerint, & qui Dietis interuenerint, aut in Dieta electi in Pręlatos fuerint,) in ſacculum, ſeu vrnam inijciantur, pro eligendis Conſeruatoribus, & fiat ſcrutinium, vt ſupradictum eſt in electione Diffinitorum. Et illi quatuor, duo videlicet ex Prouincia Romana, Neapolitana, Sicula, & Hetruſca: & duo ex Veneta, Lombarda, & Ligura; in quos plura ſuffragia conuenerint, etiam infra dimidium, intelligantur electi Conſeruatores, & locum habeant immediatè poſt Diffinitores.

De Diffinitorum auctoritate, ac poteſtate, & de literarum præſentatione.

CAP. X.

1 PRonunciata itaque, ſeu publicata per Superiorem ex ſcrutatoribus electione Patris Præſidentis, Diffinitorum, & Conſeruatorum, ſtatim Pater Pręſidens legat ſequens Capitulum coràm omnibus.

2 Quoniam ad officium Diffinitorum pertinet cuncta in

ta in Capitulo occurrentia, atque de Congregatione diſponere; Ordinamus, quòd Diffinitores Capituli Generalis, omnem repræſentent Congregationem, ipſisque electis, intelligatur omnis à Capitulo tributa poteſtas: Id circò omnia, quæ fuerint per ipſos in Capitulo diffinita iuxta Priuilegiorum noſtrorum tenorem, inuiolabiliter obſeruentur ab omnibus Prælatis, & Monachis noſtræ Congregationis cuiuſcunque gradus, ſeu conditionis exiſtent.

3 Præſidens etiam Capituli, durante officio ſuo, omnia ſigna præeminentiæ, tàm generalia, quàm particularia faciat, & locum ſuperiorem teneat. Cæterique Diffinitores abſente Præſidente, etiam omnia ſigna faciant, vt ſuprà, & loca ſuperiora teneant, ſibi inuicem deferendo ſecundum profeſſiones eorum.

4 Electis itaque Præſidente, & Diffinitoribus ordinamus, Quòd ipſi Præſidenti literę omnes bonum Congregationis concernentes, quę fuerint præſentandæ, porrigantur; antequam tamen receſſerint, fiant per Patrem Præſidentem infraſcriptæ admonitiones.

Admonitiones faciendæ per Patrem Præſidentem omnibus de Capitulo in principio Capituli Generalis.

5 VT Capitulum citiùs poſſit expediri, Prælati ſint breues, tàm ſcriptis, quàm voce, & expediti; nec eadem ſæpius repetant; ſed ſuperflua, & ad rem non pertinentia, euitent.

6 Soliciti ſint, circa diſciplinam, & regularem obſeruantiam, & præcipuè ad Diuina officia, die, ac nocte; attento quòd Monachi Monaſterij ſunt in varijs exercitijs occupati.

7 Caueant omninò, ne prædictos Monachos Monaſterij, per ſe, vel per alios, incitent ad mutationem petendam, nec eis aliquid promittant, vel largiantur, in animarum detrimentum, & contra Regulam, & ordinationes noſtras.

8 Obſeruent etiam, ne quæcunque curioſa, ſeu ſcandaloſa foris, aut in Congregatione viderint, vel audierint, referant ipſis Monachis, maximè iuuenibus; quia vt dicit Sanctus Pater BENEDICTVS, Inde plurima animarum deſtructio prouenire ſolet.

9 Omnes Prælati in Capitulo habeant facultatem eligendi ſibi Confeſſarium. Cæteri verò, qui ad Capitulum acceſſerint confiteantur cum Deputatis ad confeſſionem, tàm in Monaſterio Capituli, quàm alibi.

10 Vitentur omnino collocutiones, & detractiones de Patribus, & Monachis, ac præcipuè de Prælatis olim ſuis; ſed tantùm quæ dicenda ſunt, Patribus Diffinitoribus exponantur modeſtè, & concluſiuè.

11 Nemo cuiquam paſſiones ſuas detegat, niſi prędictis Diffinitoribus; & hanc admonitionem omnes obſeruent diligenter, quia inde multa ſcandala oriri ſolent.

12 Nullus exeat è Monaſterio ſine licentia Patris Pręſidentis, vel Vicarij Capituli, omneſque ad vitam communem in Refectorio conueniant: & omninò tollatur

latur abuſus, ſi quis in contrarium inoleuit.

13 Adhortentur Prælati Monachos ſuos, & Commiſſos, vt ſeruiant Miſſis, adiuuent in exercitijs Monachos, & Commiſſos Monaſterij. Admoneant etiam famulos ſuos, vt ſint diſcreti, morigerati, & caueant à contentionibus, quia indè ſępè ſcandala oriuntur. Cellerarij verò eis prouideant de neceſſarijs.

14 Item moneant omnes, quòd Sixtus Quartus conceſſit gratiam Stationum omni die, durante Capitulo, omnibus Religioſis noſtræ Congregationis viſitantibus Altaria, & facientibus, prout alijs diebus ſtationum fieri conſueuit.

15 Durante Celebratione Capituli in omnibus Congregationis noſtrę Monaſterijs omnes ad Deum preces effundant, & præcipuè Sacerdotes in Miſſa faciant commemorationem de Spiritu Sancto, & Conuentualiter fiat Oratio ordinaria pro felici directione, & exitu eiuſdem Capituli.

Quòd nullus Diffinitorum procaciter defendat ſententiam ſuam, aut reuelet ſecreta Capituli.

CAP. XI.

1 Canè, vt omnia cum Dei timore procedant, & ad laudem ipſius cedant pariter, & honorem: ſtrictiùs prohibemus, ne aliquis Diffinitorum procaciter ſuam tueatur ſententiam, examinando occurrentes cauſas, aut aliter

ſuper his conferendo, vt ſuum aſſequatur intentum; Sed ſi quid fortè dicere voluerit, ſua dictante conſcientia, vt clariùs veritas elucefcat: præuia Patris Præſidentis licentia, cum omni humilitate, & modeſtia conferat. Poſtquam ſuum emiſerit votum, aliorum iudicio ſe ſummittat. Si contrafecerit, & correctus ſe non emendauerit, expellatur extra Diffinitorium.

2 Nullus inſuper, tàm ipſorum Diffinitorum, quàm etiam aliorum, quacumque ex cauſa à Diffinitoribus vocatus, ea quæ tractantur in Capitulo, ſiue quę ibi audierit, reuelare audeat, donec fuerit Capitulum abſolutum, & vlteriùs, ſi rei materia popoſcerit. Quod etiam intelligendum eſt de ijs, quæ in Dietis fuerint tractata.

3 Quòd ſi à quoquam contrafactum fuerit, ità quòd ſcandalum oriatur, aut veriſimiliter oriri poſſit (quod arbitrio maioris partis Diffinitorum, ſi tempore Capituli talis reuelatio publicata fuerit, ſin autem arbitrio Regiminis declaretur) ſi quidem Diffinitor, primo ſequenti Capitulo non poſſit eligi in Diffinitorem: & inſuper, ſi durante Capitulo de tali reuelatione conſtiterit, expellatur de Diffinitorio; arbitrio tamen Diffinitorum (ſi eorum maiori parti videbitur) reuocandus. Si vero is, qui reuelauerit, Diffinitor non fuerit, pro qualitate tranſgreſſionis, arbitrio Patrum Diffinitorum, ſi tempore Capituli; ſeu Regiminis, ſi intra annum talis reuelatio fuerit publicata, erit puniendus.

De

De Officio Conſeruatorum.

CAP. XII.

1 Conſeruatores, hoc titulo præcipuè inſigniti, quòd Regulam, & Conſtitutiones Congregationis, nec non Diplomata Pontificia pro eius bono regimine emanata, à tranſgreſſionibus vindicare debeant: quibus in maxima poteſtate conſtitutis, illarum cuſtodia, & executio commiſſa eſt, cum primùm, Magiſtratum inierint, diligenter perpendant acta omnia, videlicet, Decreta, nedum pro Congregatione, verùm etiam pro ſingulis Monaſterijs, ſiue publicè, ſiue priuatim edita, electiones, & abſolutiones Prælatorum, Monachorum promotiones ad Dignitates, & Officia, iniunctas pœnitentias, facultates, ſiue licentias conceſſas, commiſſiones omnes, ac inſtructiones Commiſſariorum, ſi qui erunt, vel fuerint deputati, vel deputandi reſpectiuè; & quæcunque alia animaduerſione digna, quomodocunque per Præſidem, vel Viſitatores, aut Regimen in Dieta biennij proximè elapſi, geſta, & ordinata, quæ omnia in ſcriptis optimo ordine digeſta, à Cancellario Regiminis, ad eorum tribunal per ipſum deferri mandabunt: Nec non omnes ſanctiones, ordinationes, prouiſiones, decreta, & acta omnia, quæ per Diffinitores in Capitulo, quod tunc celebratur, edita, & ſtatuta fuerint, à Scriba Capituli in eius folio annotata, ſimi-

liter accipiant, vt ea antequam publicentur, accuratè examinent, & recognoſcant; non quidem tanquam Iudices appellationum; ſed vti Regulæ, & Conſtitutionum Conſeruatores. Et ſi quid in huiuſmodi actibus, tàm per præfatos Præſidentem, Viſitatores, & Regimen in Dieta biennij modò præteriti, quàm per Diffinitores in Capitulo, quod tunc celebratur, editis, contra Diplomata Pontificia, Regulam, & Conſtitutiones factum eſſe repererint: illud abſque vlla indulgentia, & omni penitus rigore, corrigant, reuocent, reſcindant, & nullum declarent, & cum effectu (prout juſtitia dictabit) exequi mandent. Nec vllo modo, niſi prædicta omnia ab ipſis Conſeruatoribus recognita, & approbata fuerint, à Diffinitoribus publicentur, vel executioni mandentur, alioquin nullius intelligantur eſſe roboris, & validitatis. Et ipſi Conſeruatores contra inobedientes, etiam Diffinitores nulla habita Perſonarum, vel Dignitatum ratione, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, iuxtà facultatem ſibi per Breue Pauli Quinti traditam, omninò procedant.

2 Quoniam autem poteſt contingere, vt Decreta omnia, & acta Capituli illius anni non poſſint in tàm breui tempore à Cancellario regiſtrari; propterea ordinamus, vt à Conſeruatoribus futuri Capituli accuratè inſpiciatur, & examinetur, an fideliter, & diligenter, prout decet, fuerint in regeſto notata, cum cæteris Decretis, ac prouiſionibus factis, tàm à Patre Præſide, & Viſitatoribus, quàm à Diffinitoribus, prout ſupra in antecedenti numero. Et ſi negligentia notabi-
lis

lis inuenta fuerit, inſtantibus Conſeruatoribus, à Diſfinitorio procedatur contra Cancellarium, etiam vſque ad priuationem Officij, ſi eius culpa id acciderit.

De electione Scriba Capituli Generalis, Cancellarij Regiminis, & de pertinentibus ad officium eorum.

CAP. XIII.

1 POST electionem Diffinitorum, & Conſeruatorum, eligatur vnus ex ipſis Diffinitoribus in Scribam Capituli, hoc modo, videlicet. Vnuſquiſque Diffinitorum nominet Patri Præſidenti Capituli, quem idoneum iudicauerit, qui Præſidens omnes nominatos redigat in ſcriptis; poſtea votis exponantur, & remaneat, qui habuerit plures voces; at ſi plures inuenirentur pares in vocibus, iterum ſuffragijs ſubdantur, donec vnus remaneat; quo electo Præſidens Capituli, propria manu, in regeſto actorum ipſius Capituli, ſcribat hac forma videlicet.

2 Anno Domini 1600. &c. Indictione ... die... menſis... Sanctiſſimi D. N. Papę N. Pontificatus anno... celebratum fuit Capitulum Generale Monachorum Congregationis Caſinenſis in Monaſterio S. N. de N. Dięceſis N. in quo fuit electus in Scribam Capituli D. N. de &c. ab infraſcriptis Diffinitoribus eiuſdem Capituli, ad cuius rei fidem Ego D. N. Diffinitor, & Præſidens pręfati Capituli hæc manu propria ſcripſi.

Digitized by Google

ſcripſi. Conſequenter duo ex antiquioribus Diffinitoribus ſe ſubſcribant. Poſtea ipſe Scriba, qui eo ipſo auctoritate Apoſtolica, vt patet per indultum Pij Secundi Summi Pontificis conceſſum anno 1471. quo ad acta Capituli, Notarius publicus cenſetur: In regeſto ſcribat nomina Pręſidentis, & aliorum Diffinitorum anni illius, & ſubſequenter omnes alios Officiales, & quęlibet acta Capituli annotatione digna.

3 Ad Officium etiam Scribę pertinet literas omnes Capitulo pręſentatas coram alijs Diffinitoribus legere: & ea, quę alicuius ponderis digna conſpexerit in vno folio, in modum memorialis notare, per Diffinitores poſtea examinanda. Ad eius etiam Officium pertinet publicare Vicarium Monaſterij, Auditores cauſarum, Cancellarium, Depoſitarium, Oſtiarios, & alios Officiales à Patribus Diffinitoribus conſtitutos, ſchedulamque dictorũ Officialium Vicario relinquere.

4 Sit etiam ſolicitus Scriba, terminata per Diffinitores anno pręterito, quæ reuocata non fuerint, in Regeſto deſcribere, & quæ de nouo ſtatuentur, diligenter adnotare. Scribi etiam faciat literas gratioſas pro Benefactoribus Congregationis, cum appoſitione Sigilli pendentis, quas ipſe ſubſcribat. Licentias verò vendendi, ſeù quouis titulo alienandi per Diffinitores conceſſas, ad effectum obtinendi aſſenſum à Sede Apoſtolica, de more extendat, ſubſcribat, eodemque Congregationis Sigillo communiat: Et, vt ſupradicta commodiùs valeat expedire, volumus, vt finito Capitulo tribus diebus, & vltra, ſi opus fuerit, remaneat in Monaſterio, vbi Capitulum fuerit celebratum.

Verùm,

Digitized by Google

5 Verùm, quoniam propter ampliationem Congregationis, multę occupationes, & cauſę in dies emergunt, ità vt, cum difficultate, Scriba Capituli omnibus ſatisfacere poſſit: Idcirco per Patres Diffinitores, vel Regimen eligatur vnus Prior Clauſtralis idoneus, fidus, integerrimus, & peritus, qui Cancellarius Patrum, vel Regiminis vocetur; quique regiſtrandi Literas, Inſtrumenta, Decreta, & alias Scripturas ad Regimen attinentes: nec non literas ſcribendi, & reſpondendi, quibus opus fuerit, pro diſpoſitione Patris Pręſidentis, & Diffinitorum, vt ſupra ſtatutum eſt in pręcedenti Capite nu. pr. & 2. curam habeat; qui etiam cum cęteris Officialibus publicetur.

6 Pręfatus autem Cancellarius apud Pręſidentem Regiminis ſemper maneat, vt in rebus ad Congregationem pertinentibus, illum opera ſua iuuet. In eo autem Officio, ſi recte ſe geſserit, vſque ad ſexennium arbitrio Regiminis perſeueret; vt non ſolum Pręſidi, ſed etiam Diffinitoribus rerum Congregationis, actorum Capituli, Viſitationum, & Conſtitutionum, & aliarum Scripturarum ad Regimen pertinentium requiſitus, notitiam ſuggerere valeat. Ea omnia ita callere debebit, & prę manibus habere, vt quotieſcunque opus fuerit, è veſtigio proferre poſſit. Ei autem Coadiutor à Diffinitoribus tempore Capituli deputetur, ne multitudine negotiorum obruatur.

7 Præſidens autem in omnibus negotijs ad Officium ſuum, & Congregationis Regimen pertinentibus Cancellario tantùm vtatur, ne res tanti ponderis fidei cuiuſcumque committat.

In

8 In negotijs verò Capitularibus expediendis, vt breuitati ſimul, atque ordini conſulatur, curabit Cancellarius, vt omnia petitionum Abbatum folia, quæ in libro ad hoc præparato, ità agglutinari per ordinem debent iuxtà examen Monaſteriorum, vt vnicuique folio petitionum vacua libri pagina è conſpectu correſpondeat, in quo Diffinitores adnotare poſſint, quid ſuper ſingulis deliberauerint, vt deinde valeant, iuxtà ipſorum ſententiam, decreta efformare. Eiuſmodi autem liber cum prædictis folijs petitionum propria manu Abbatum ſubſcriptis, in actu Capituli referatur conſeruandus, vt expreſsè appareat, de quibus fuerint Diffinitores requiſiti, & an opportuna remedia curauerint adhibere.

De Vicario Monaſterij, in quo celebratur Capitulum.

C A P. XIV.

1 De pluribus Monachorum, ſiue Monaſterij, in quo celebratur Capitulum curis diſtrahi, ſeu inquietari Diffinitores contingat, ordinamus quòd ipſi Diffinitores, per conſueta ſuffragia, Vicarium Monaſterij, & quantum fieri poteſt, eligant eum, qui ante fuerat Prælatus eiuſdem Monaſterij, qui rerum, & Perſonarum melius conditionem nouerit, ſeu aliquem alium Abbatem de Capitulo, prout ipſis Diffinitoribus videbitur, qui curam habeat Regiminis Monaſterij, ac Monachorum,

chorum, tàm ibidem de Conuentu exiſtentium, quàm aliorum ad Capitulum venientium.

2 Qui Vicarius teneat primum locum poſt Conſeruatores, quibus abſentibus, omnia ſigna faciat, & particulares licentias prȩſtet, excepto quòd licentiam eundi extra Monaſterium, cauſa recreationis, dare non poſſit, quȩ ſoli Prȩſidenti reſeruatur.

De Auditoribus cauſarum pro rebus temporalibus.

CAP. XV.

1 VT Patres Diffinitores, quibus prȩcipuè incumbit circa Monaſteriorum, & Congregationis reformationes, & directionem intendere, curis temporalibus, & cauſarum tumultibus non diſtrahantur, oneraque partita facilius portentur; Ordinamus, quòd per ſuffragia à Diffinitoribus quatuor eligantur ex Prælatis de Capitulo, qui non ſint Diffinitores, docti, diſcreti, & idonei ad adminiſtrandam iuſtitiam ſuper cauſis, & differentijs, quæ ſolummodo pro rebus temporalibus emerſerint, inter Congregationem, & eius Monachos, ſeù Monaſteria, nec non inter quaſcumque Perſonas, etiam Laicas, cum Monaſterijs noſtris, aut Congregatione noſtra, ſi ad Auditores ipſos recurſum habuerint; eligatur & vnus ſcriba ex Monachis Monaſterij, vel ex ijs, qui cum facultate ad Capitulum acceſſerunt; taliſque ſcriba pro quinto ſit, quoties prædicti non conuenirent; cui per Diffinitores

datur

dentur Coadiutores duo, tàm pro regeſto Conuentuum, quàm pro licentijs alienationum de more tranſcribendis. Quæ licentiæ omnes per ipſos tranſcribantur, aliàs per ſcribam Diffinitorum non ſubſcribantur; In quarum fine ponatur: Præſentibus literis tantùm per ſexennium valituris. Hique quatuor, Auditores cauſarum, rerum, & iuris.

2 Ad quorum officium, & examen, omnia negotia temporalia, lites, & controuerſię Monaſteriorum, & Congregationis deferantur. Qui ſic electi, ipſo facto habeant omnem poteſtatem cognoſcendi, & terminandi cauſas prædictas ſine opicibus iuris, ſummariè, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, terminataque executioni mandare: Et quòd ex inopia debitorum ipſi Auditores exequi nequiuerint, Regimen, aut Viſitatores, ad quos illius viſitatio ſpectat, cùm requiſiti fuerint, exequi ſedulò procurent; quorum ſententijs, & terminationibus volumus omnes de Congregatione, ſiuè Diffinitor, ſiuè Præſidens, aut Viſitator fuerit, firmiter obedire.

3 Examinent etiam, & apud ſe maturè tractent; quibus eſt licentia concedenda quouis titulo alienandi bona ſtabilia Monaſteriorum, & huiuſmodi licentias de eorum conſilio, vel concedant Diffinitores vel negent. Quod ſi qui petere voluerint confirmationem aliquorum contractuum à Capitulo Generali, deferant ad idem Capitulum copiam authenticam inſtrumentorum ſuper ijs factorum, aliter non audiantur.

4 Catalogum etiam, ſiuè Matriculam conficiant, in

in qua nomina Monachorum, qui illo biennio profeſſionem emiſerint, ſcribant. Notent præterea ſigillatim nomina, & loca eiectorum, & fugitiuorum, vt per ſcribam Capituli ſigillatim in Capitulo pronunciari valeant. Regeſtum quoque Conuentuum ſingulorum Monaſteriorum, ſecundùm gradum, ac officium cuiuſlibet: apponendo etiam annum, diem, ac locum, quo, & vbi quilibet profeſſionem emiſerit; & in dicto Regeſto Conuentus ipſos eo ordine digerant, quo examinandorum Monaſteriorum ſchedula per Diffinitores publicanda digeretur. Propter quæ ſeruanda mandamus omnibus, & ſingulis Conuentibus, & Monachis noſtræ Congregationis, vt de cæterò literas, & ſchedulas talia continentes, ad huiuſmodi Auditores ſeparatim ab alijs rebus, de quibus ſcribere Diffinitoribus voluerint, tranſmittant.

5 Si autem vnus, vel duo ipſorum Auditorum cauſas aliquas ad ſe ſpectantes ante dictorum Auditorum tribunal habuerint (ipſis, quorum intererit excluſis), reliqui Auditores, vnà cum eorum ſcriba, eas audiant, & definiant.

6 Cæterum caueant diligenter dicti Auditores, ne quidquam, (quod abſit) ex complacentia, quouis modo iniuſtè facere, vel determinare præſumant, ſed cauſarum controuerſijs auditis, iuſtitia præuia iudicent, prout ſibi conſentaneum viſum fuerit.

7 Ab eorum tamen ſententijs liceat aggrauato, ad Diffinitores appellare, qua appellatione interpoſita, in cauſas ipſas ſe amplius non intermittant. Qui quidem Diffinitores non facile ſententias reuocent, niſi

cogni-

cognita cauſa, & auditis Auditoribus.

8 Veruntamen ne lites immortales fiant, & in longum nimis protrahantur: Ordinamus, quòd ipſa appellatio vſque ad Capitulum proximè futurum ob faciliorem ſoluendi facultatem pendere poſſit incluſiuè; quo tempore, ſi appellantes ipſi proſequi neglexerint, ſententia ipſa tranſeat in rem iudicatam: ità quòd niſi condemnati ante electionem Diffinitorum ſatisfecerint, in futura tunc proxima electione Diffinitorum voce careant actiua, & paſſiua, dummodo tempore debito ſententia ipſis intimata fuerit.

9 Sententias autem prædictorum Auditorum, ac eorum acta in ſcriptis redacta, finito eorum officio, volumus Regimini conſignari cum alijs ſcripturis conſeruanda.

10 Et ne ipſorum Patrum Auditorum, qui honorabile Membrum Diffinitorij eſſe cenſentur, vileſcat auctoritas: pro grauitate illius Tribunalis, locum eis ſuperiorem poſt Vicarium aſſignamus in toto Capitulo, itaut in abſentia Vicarij, generalia, in abſentia verò omnium Superiorum Monaſterij (vbi Capitulum celebratur) etiam particularia, iuxta ordinem profeſſionis ſibi inuicem deferentes, ſigna faciant. Officium verò eorum vſque ad abſolutionem Capituli duret.

†

De

De Depoſitario Capituli, & Prælatis ad Computa Monaſteriorum deputandis.

CAP. XVI.

1 QVia creſcente in dies Congregatione, negotia quoque creſcere manifeſtum eſt; adeo, quod nec Diffinitores, nec cauſarum Auditores facile omnia expedire poſſunt; ideò vt eò faciliùs onera Capituli portentur, quò in plures diſtributa fuerint, eligatur Monachus fidus, & omni ſuſpicione carens, atque in Computorum arte peritus, qui ſit tempore Capituli Congregationis Depoſitarius, hoc ordine à Diffinitoribus eligendus. Quilibet Diffinitor in aurem Patris Præſidentis vnum nominet: Deinde nominati omnes ſuffragijs ſupponantur, & qui plures habuerit voces, ſit Depoſitarius. Si vero plures in voce pares fuerint, qui ſuperior eſt profeſſione, præferatur. Huic Depoſitario Prælati marſupia cum ſuis pecunijs ad Monaſteria tantùm pertinentibus, quas ipſi ſecum, ſeu alij eorum nomine detulerint, nec non literas cambij, ſi quas habent, conſignent. Pecunias tamen ad Monaſteria non pertinentes, ſi quas penes ſe, aut alio quouis loco aliqui habuerint, in ſignum humilitatis, & reuerentiæ Patri Præſidenti manifeſtent. Ipſe verò Depoſitarius ſuper libellis cuiuslibet Monaſterij à Prælato ſingulis annis deferendis, quę ſcribenda ſunt, ſcribat; videlicet, debita, credita illius Monaſterij

cum Congregatione, annatarum ſcilicet, & taxarum ſupradictarum; & ſi quas præter eas tempore Capituli, aut intra annum imponi contigerit; & ſimiliter debita, & credita Patris Præſidentis, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, & aliorum ex Patribus, & Monachis, qui nomine Congregationis aliquid receperint, prout per Auditores cauſarum prædicta diligenter examinata, & approbata fuerint.

2 Eligantur etiam duo Prælati ad computa Monaſteriorum, quibus, tam dicta Monaſteriorum, quàm etiam Congregationis, nec non Præſidis, Viſitatorum, ac Procuratoris computa, deferantur; eaque diligenter examinata in toto, vel in parte approbent, aut reprobent; prout iuſtitia illis ſuadebit: approbata verò, in libris computorum Congregationis per Depoſitarium annotari faciant.

3 Redditus quoque ſingulorum Monaſteriorum, tam fructuum cuiuſcumque generis, quam pecuniarum, rationeſque dati, & accepti, creditæque, & debitæ pecuniæ à Prælato, Cancellario, & Senioribus ſubſcriptas, exactiſſimè videant, & examinent, & vbi opus fuerit æris alieni cauſas inquirant, & rationem ineant quo modo tolli poſſit: Eaque omnia pertractent, quæ pro cuius que Monaſterij vtilitate ſibi videbuntur expedire; verboque, & ſcripto omnia referant Diffinitoribus, vt poſſint opportunè prouidere. Quod ſi in rationibus huiuſmodi, aliquam inuenerint fraudem, contra tranſgreſſores ſeueriſſimè procedatur, etiam vſque ad depoſitionem.

De

De Monaſteriorum examinatione.

CAP. XVII.

1 Feria ſecunda tempeſtiuè dicatur Miſſa ſine cantu de Domina, cui omnes interſint Diffinitores, niſi aliqui tunc temporis celebrare voluerint. Si duplex feſtum occurrerit, ea die dicatur Miſſa de feſto, & fiat commemoratio de Domina.

2 Completa Miſſa, pulſetur pro Capitulo; coadunatiſque Diffinitoribus, genibus flexis aliquantiſper orent: factoque ſigno à Patre Præſidente, ſedeant omnes; quem etiam modum teneant quoties ad Capitulum celebrandum ingrediuntur.

3 Fiant igitur primò per Scribam Capituli duæ ſchedulæ, in quibus pro diſpoſitione Patris Præſidis ponantur omnia Monaſteria Congregationis, quo ordine examinanda fuerint; quarum altera publicè appendatur, vt ſciant omnes, quo ordine, & quando ſunt examinandi, & ſe præparent; altera verò remaneat penes Patrem Præſidentem, vt ſciat quo ordine Prælati olim Monaſteriorum vocari debeant.

4 Poſteà vero vocentur Auditores cauſarum cum eorum Scriba, qui omnes admoneantur à Patre Præſidente, vt officium ſibi commiſſum ſtrenuè, & integrè exerceant, iuſtitiamque omnibus cum Dei timore adminiſtrent: & quæ agenda erunt, quantò citiùs exequantur, & terminent, &, vt Capitulum de Audito-

ribus cauſarum legant, & diligenter examinent, hortetur. Et primo Regeſtum Conuentuum expediatur: deinde Pater Præſidens diſtribuat vnicuique Diffinitorum officia, annotationes videlicet, mutandorum Monachorum, Ordinandorum, Literarum gratioſarum, extraordinariorum, & aliorum huiuſmodi, prout ipſi Patri Præſidenti videbitur.

5 Poſt hæc procedant ad Monaſteriorum examinationem; habita prius plena, & exacta à Viſitatoribus informatione ſtatus Monaſteriorum, quæ ab ipſis viſitata fuerunt; in primis ſtatuentes, quod ſi is, qui fuerit Prælatus Monaſterij, de quo facienda eſt examinatio, ſit Diffinitor, exeat de Capitulo.

6 Similiter ſi quis Diffinitorum habeat Prælatum ſibi conſanguinitate vſque ad ſecundum gradum incluſiuè coniunctum, aut Comprofeſsum, quando de ipſo Prælato fit examinatio, Diffinitor ille tunc exeat, neque præſens ſit in illa examinatione. Quod idem ſeruari volumus in examine Prælatorum Monialium curam habentium.

7 Aduocentur itaque ſigillatim Prælati olim Monaſteriorum ſecundùm ordinem ſchedulæ, vt ſupra expoſitæ; & vnuſquiſque ſuper negotijs ſui Monaſterij examinetur, qui omnibus, quæ dicere voluerit, in ſchedulam redactis, vt ſupra, eam manu ſua ſubſcriptam relinquat.

8 Habita demum de omnibus informatione, notentur in vno folio, ſi qua repræhenſione digna fuerint: & accerſito eo, qui eſt repræhendendus; Pater Præſidens, neminem ſpecialiter nominando, aut dicendo,

vnde

vnde informationem habuerit, moneat ipſum hoc modo, videlicet.

9 Ad nos peruenit, vel nos audiuimus ſic, & ſic. Et præcipuè interrogetur Prælatus diſtinctè, & ſeriatim de ſibi oppoſitis grauioribus; ne inaudita parte contra eum procedatur minus iuſtè: ſimiliter cum quocumque alio, ſi præſens fuerit in Capitulo, procedatur; & tandem audita eius reſponſione, ipſum (prout Diffinitores iudicauerint expedire) abſoluat, vel moneat, corripiat, aut puniat. Quam correctionem, vel admonitionem volumus recipi omni reuerentia, & ſummiſſione.

10 Si verò relata fuerint aliqua, de quibus haberi certa informatiò nequeat, dentur Viſitatoribus anni ſequentis illius Monaſterij, vt examinent, & procedant, prout in Capitulo de Viſitatoribus ordinabitur.

11 Examinatis igitur ſupradicto ordine Monaſterijs omnibus, procedatur poſtea ad examinationem Prælatorum, qui Monialium curam habent. Qui Prælati à Diffinitoribus ſigillatim de vnoquoque Monaſterio interrogentur, ſi quæ digna notatione, correctione, aut prouiſione inuenerint, quæ omnia per Scribam annotentur, ſicut ſupradictum eſt de alijs Monaſterijs, & ſimiliter proferantur literæ, ſi quæ ſunt, ad Diffinitores à Monialibus miſſæ, aut aliter dicta Monaſteria Monialium concernentes.

12 Poſtremò ordinamus etiam, & præcipimus, vt deinceps apud Patrem Præſidem teneatur liber, ſucceſſoribus identidem conſignandus, in quo per ordinem deſcribantur ex vna parte omnes illi, qui in Congre-

gatione ſcandaloſi, criminoſi, inquieti, ac proceſsati fuerint, ex altera verò parte è directo poſita annotentur approbationes, & atteſtationes Viſitatorum de eorum emendatione, & morum conuerſione Diffinitoribus factæ. Et poſtquam tribus vicibus à Viſitatoribus diuerſis fuerint factę dictę approbationes, de quibus in eodem libro conſtare debebit, ex ſupradictorum Viſitatorum ſubſcriptione; poſſint illi, de quorum emendatione conſtabit, promoueri ad ordines, gradus, dignitates, & officia reſpectiuè; dummodo habeant omnia ſuffragia nouem Diffinitorum; & non alio modo. Inuiolabiliter autem hæc conſtitutio in perpetuum ſeruetur, alioquin nullas, & inualidas huiuſmodi promotiones ipſo facto eſse volumus, & declaramus; teneantur autem Prælati, & Viſitatores Diffinitorio dictos criminoſos, ſi quos habuerint, denunciare.

De modo, quo Diffinitores expediant terminanda.

CAP. XVIII.

1 EXpedita itaque Monaſteriorum examinatione; Præſidens Capituli (quem volumus eſse promotorem omnium cauſarum: ita tamen, vt tàm ipſe Capituli, quàm etiam Regiminis Præſidens teneatur quęcunque proponere ſuper quibus ab aliquo Diffinitorum fuerit requiſitus) omnia quę notata ſunt per Scribam, in medium ſeriatim, & ſucceſsiuè diffinienda producat.

Et

Digitized by Google

2 Et incipiens à nouiſſimis vſque ad primos, ſciſcitetur vniuſcuiuſque vota; vltimo ipſe dicturus. Et vno loquente cęteri taceant: ſi quem verò deprahenderit in dicendo prolixiorem extra materiam vagari, moneat eum, vt exponat votum ſuum paucis verbis, & ad rem pertinentibus.

3 Omnibus verò auditis; illa opinio, in qua ex nouem Diffinitoribus ſeptem conuenerint, ab omnibus cenſeatur diffinita. Scribantur autem terminata à Diffinitoribus in libro, in quo inſertę ſunt petitiones Abbatum per Scribam, è regione petitionum per capita ſummariè, prout ſupra determinatum eſt cap. 13. de electione Scribę.

4 Poſt hęc verò Diffinitores legi faciant ordinationes pręteriti Capituli. Et ſimiliter, quę fuerint ordinata per Patrem Pręſidentem, Regimen, aut Viſitatores intra biennium, & iudicio duarum ex tribus partibus, vel approbentur, vel reuocentur.

5 Quę autem de nouo tunc ordinata fuerint, ſeu terminata, ſeruentur quidem, ſed non regiſtrentur, aut redigantur in ordinationibus, niſi per annum practicata fuerint, & per ſequens Capitulum confirmata.

6 Nouæ autem ordinationes non facilè amodo fiant, niſi ex vrgentiſſima cauſa, & maxima cum maturitate. Propterea ordinamus, quod ſi quæ in poſterum ordinationes faciendæ ſunt (poſtquam fuerint à Patribus Diffinitoribus formatæ, & per eorum ſuffragia approbatæ) exhibeantur, & relinquantur per aliquod tempus Prælatis omnibus conſiderandæ. Quibus poſteà conuocatis legãtur ſigillatim per Scribam, aut cui

Digitized by Google

Diffinitores mandauerint, & quæ à duabus partibus dictorum Prælatorum, pari voto approbatę fuerint, Patres Diffinitores, per Scribam Capituli faciant publicari ſequenti biennio practicandas, & futuro proximo Capitulo modo, quo ſupra, & duabus Pręlatorum partibus approbandas, & confirmandas; quæ deinceps non poſſint, niſi eodem modo, quo confirmatę fuerint, reuocari.

7 Terminata verò per anteriora Capitula nolumus qualibet facilitate reuocari, ſed ſi quę in dubium adduci contigerit, per ſubſequens Capitulum minimè reuocata, nullatenus proponantur examinanda, niſi de conſenſu duarum partium Diffinitorum, quę tamen ex toto, vel in parte reuocari non poterunt, niſi ex nouem Diffinitoribus ad minus octo conſenſerint. Et quotieſcunque aliquid antea per Patrum Decreta ordinatum, alterari quacunque de cauſa contigerit, in Decreto poſteriori fiat mentio prioris, alioquin poſterius nullum ſit, & Decretum prius emanatum in ſuo robore permaneat.

De Calculo Expenſarum.

CAP. XIX.

1 POST examinationem Monaſteriorum, & ante nouorum Officialium, & Pręlatorum electionem, ordinamus, quod Diffinitores videant computa Congregationis, per Deputatos ad computa Monaſteriorum approbata, &

per

per Depoſitarium annotata; Nec non calculum expenſarum biennio proximo præterito nomine Congregationis, tam per Patrem Præſidentem, & Viſitatores, quàm etiam per alios nomine Congregationis quacumque ex cauſa factarum, ac pariter debitorum, & creditorum. Quod ſint ſoliciti, vt huiuſmodi credita exigantur, & debita ſoluantur.

2 De ſexennio autem in ſexennium renouetur taxa Monaſteriorum.

3 Non omittant præterea prouidere, vt ſoluatur cenſus annuus vnciæ vnius auri, quem Congregatio tenetur annuatim ſoluere in Feſto Apoſtolorum Petri, Pauli Cameræ Apoſtolicæ in ſignum perpetuæ libertalis, & confirmationem Priuilegiorum noſtrorum.

4 Omnibus itaque maturè, ac diligenter perpenſis, ſi pecuniæ deſunt, imponantur cuilibet Monaſterio plures, vel pauciores (prout neceſſitas exegerit) cum præfixione termini ad ſoluendum, ac quibus, & vbi ſolui debebunt.

5 In ſolutione autem pecuniarum, quæ per ſingulos annos à Monaſterijs noſtris Romæ facienda eſt: ſingula Monaſteria integram ſummam, quam debent Procuratori Generali, vel Agentibus pro Congregatione in Vrbe Roma ſuis expenſis deferant, vel tranſmittant. Quęſtores verò, qui Venetijs, vel alibi degunt, eorum diſpendiorum notam ſecum deferant, quæ pro ſingulis Monaſterijs facta fuerint, eamq; eorundem Abbatibus conſignent, ac ſi quid reſtat ſatisfaciendum, exigant vt ſine mora ſoluatur.

Digitized by Google

De Præſidentis Regiminis Electione.

CAP. XX.

1 DIE primo poſt prædictorum omnium expeditionem (etiamſi ſuperius ordinata ex integro expedita non fuerint) vt electio Præſidentis Regiminis celebrari poſſit, cantetur ſolemniter per Præſidentem Miſſa de Sancto Patre noſtro BENEDICTO. Qua finita, congregatis Diffinitoribus, Præſidens Capituli exhortetur eos prò nouo Præſidente Regiminis eligendo: vt eum eligant, quem pro Congregationis bono magis idoneum, vtilioremque probauerint.

2 Præſidens porrò, hoc modo deputari debet, videlicet, citrà Alpes ex Monaſterijs Prouinciarum Siculæ, Neapolitanæ, Romanæ, & Etruſchæ profeſſus per quadriennium. Expleto verò huiuſmodi quadriennio, vltra Alpes, ideſt ex Monaſterijs Prouinciarum Venetæ, Lombardorum, & Liguræ ſimiliter profeſſus per ſexennium, ſingulis triennijs eligendus, deputetur: In quibus Prouincijs, excepta Sicula ob diſtantiam loci, reſpectiuè reſidere teneatur. Et ſic ſemper ſeruando hunc ordinem.

3 Modus autem electionis erit iſte. Quilibet Diffinitor ſcribat in ſchædula, primò nomen ſeuum, deindè nomen illius, quem eligere in Præſidentem intendit; ego D. N. eligo in Præſidentem D. N. & ſcriptum ponat in vaſe ad hoc præparato. Hoc facto, Diffinitores

tores vocent Scrutatores, qui ſcrutentur ſimul ſecretè ſingulorum Suffagia; in quem verò quinque voces conueniſſe viderint, eum Præſidentem pronuncient. Quod ſi non conuenerint, omnes nominati in Præſidentem à Diffinitoribus ſcrutinio ſupponantur; Scrutinium verò dicti ſcrutatores videant, & illud notent; in quem vero plura vota conuenerint, dummodo non ſint infra quinque, ille ſit Præſidens. Si verò aliqui fuerint pares in quinque vocibus, vel ſupra: iſti iterum votis ſubijciantur vſque tertio inter Diffinitores; & qui plura habuerit vota, ipſe erit Præſidens. Et ſi iterum fuerint paria, pronuncietur ex concurrentibus qui eſt antiquior in Congregatione.

4 Supradicta autem vota ſi quis in actu ſcrutinij palam, vel ſecretó oſtendere, vel per alterius manus dare ſuffragia præſumpſerit, pœnam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ incurrat. Quod idem intelligimus de ſcrutinijs, quæ tàm per Diffinitores, quàm per Patres in Capitulo Generali, vel in Dieta congregatos fieri contigerit.

5 At ſi ex nominatis in Præſidentem nemo quinque voces habuerit: votis ſemel, ſecundò, & tertiò, & non amplius ſubdantur. Qui ſi nec tum conuenerint, aduocentur quatuor Auditores cauſarum; & eis adiunctis, de omnibus nominatis per Diffinitores in Præſidem fiat ſcrutinium, & in quem ſex ad minus voces conuenerint, Præſidentem pronuncient. Si verò aliqui fuerint pares in ſex vocibus vel ſupra: iſti iterum ſuffragijs committantur vſque tertio, & qui plures habuerit voces, ipſe erit Præſidens, & ſi iterum

fuerint

fuerint pares, pronuncietur, qui eſt Prior in Congregatione. Electum verò in Præſidētem huiuſmodi onus volumus acceptare. Deinde vocent omnes Patres de Capitulo, & qui in eodem reſident Monaſterio, & coram eis electus Præſidens pronuncietur per antiquiorem ex Diffinitoribus, vt infrà. Qui continuò poſtulet, attento onere ſibi impoſito, pro ſe ab omnibus orari, & omnes ſucceſſiuè Patres habentes vocem in Capitulo ad pacis oſculum recipiat.

6 Quibus peractis, is qui fuerit Præſidens Capituli, vel antiquior Diffinitor (ſi ipſe Præſidens Capituli electus eſſet in Præſidentem Regiminis) incipiat, Te Deum Laudamus; & cantando, omnes Proceſſionaliter ad Eccleſiam accedant, ipſos Præſidente Regiminis in digniori loco comitante.

7 Cum verò peruentum fuerit ad Chorum idem Præſidens Regiminis cum illo, qui fuit Præſidens Capituli, vel cum Antiquiore Diffinitorum (ſi ille vt ſupra factus eſſet Præſidens Regiminis) & alio ex antiquioribus Diffinitoribus ante Altare ſe proſternat; & finito Te Deum Laudamus, is qui fuit Præſidens Capituli, vel antiquior dicat verſum: Saluum fac ſeruum tuum ℟. Deus meus ſperantem in te ℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus, pretende ſuper hunc famulum tuum Præſidentem Noſtrum, & ſuper Congregationem illi commiſſam ſpiritum gratiæ ſalutaris, & vt

in veritate tibi complaceat, perpetuum ei rorem tuæ benedictionis infunde.

Porrige Domine huic famulo tuo Præſidenti noſtro dexteram tuam per interceſſionem Beatæ, & glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & auxilium ei ſupernæ virtutis impende.

Interceſſio nos queſumus Domine Beati Patris BENEDICTI Abbatis comendet, vt quod noſtris meritis non valemus, eius patrocinio eſſequamur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

8 Si verò contingerit abeſse electum: eius locum, & vicem teneat antiquior Diffinitorum, & omiſſo oſculo pacis cantetur: Te Deum Laudamus, cum ℣. & Orationibus.

De Prælatorum electione.

CAP. XXI.

1 QVIA experientia magiſtra didicemus, Prælatorum crebram mutationem Monaſterijs in ſpiritualibus, & temporalibus eſſe damnoſam, idcircò monemus, vt in electione, ſeu noua inſtitutione Prælatorum huiuſmodi crebra mutatio vitetur, & quantum fieri poteſt non mutentur Prælati niſi elapſo ſexennio præterquam ob rationabilem, & legitimam cauſam. Vltra ſexennium verò non poſſint, etiam prætextu ſimplicis adminiſtrationis, niſi talis adminiſtratio fuerit per breue ſpatium temporis, puta quatuor vel ſex menſium ad

ſummum in Regimine eiuſdem Monaſterij vllo modo permanere; nec ad illud regendum iterum aſſumi, niſi totidem annis vacauerint, quot illi præfuerunt. Quod idem de Theſaurario, Procuratore Generali, Cancellario, Capſario Congregationis, Coadiutore Procuratoris in Curia, & pariter de Prioribus, Magiſtris Nouitiorum, & Cellerarijs decernimus inuiolabiliter obſeruari, iuxta formam Breuis Alexandri Septimi, & Clementis X.

2 Cæteri quoque Officiales à Prælatis Monaſteriorum ad Rectorias, Vicariatus, Procurationes, vel ad quamlibet aliam adminiſtrationem, aut exercitium iuriſdictionis ſpiritualis, aut temporalis, intus, & extra Monaſterium deputati, elapſo ſexennio, à prædictis Officijs omninò remoueantur.

3 Et quia tempore Capituli Prælationes, & Dignitates omnes in Congregatione noſtra vacare intelliguntur, vt eiſdem, ſic per abſolutionem in Capitulo ſecutam, vacantibus prouideatur: modus electionis inſtituendæ, tàm de illis, qui immediatè antea erant Prælati, quàm de illis, qui de nouo ad Prælationem promouendi ſunt, erit iſte.

4 Primo Diffinitores ineant inter ſe tractatum de Patribus, qui gubernio ſunt reſtituendi, de ijs, qui promouendi de nouo, & de illis, qui ſunt mutandi: Nec vllum poſſint abſolutum à Prælatione relinquere, vel de nouo ad Prælaturam promouere, niſi de his inter Diffinitores tractatu, & ſcrutinio præmiſſo. Vnde ſi aliquem ex Prælatis anni præteriti parum idoneum regimini, præuio dicto tractatu, Diffinitores exiſtima-

exiſtimauerint, poterunt talem, ne per ipſum aliquid detrimenti, ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus Congregatio noſtra patiatur, ſecundùm propriam conſcientiam non idoneum iudicatum in ſuffragijs ferendis à Prælatione excludere. Hac tamen differentia, quod, vt excludatur à Prælatione ille, qui anno præterito erat Prælatus, ſeptem ex nouem Diffinitoribus per vota ſecreta conſentire debent; vt verò à Prçlatura arceatur de nouo promouendus, ſufficit ſi à tribus ex ijſdemmet nouem votis, vt ſupra, conuenientibus reprobetur. Quod idem de Prioribus obſeruari volumus.

5 Demum quilibet Diffinitorum ſcribat in prçfata ſchedula nomina Prçlatorum, quos nominare voluerit: vnicuique Monaſterio Prçlatum vnum habilem, prout conſcientię ſuę videbitur aſſignando. (Ita tamen quod nullus Prçlatus amoueatur, de quo priùs Diffinitores inter ſe tractauerint de huiuſmodi non amouendo, & hoc inuiolabiliter obſeruetur) prçfatamque ſchedulam in vaſe ad hoc prçparato, reponat.

6 Poſtmodum verò vocentur Scrutatores, qui prçfatas ſchedulas diligenter ſcrutentur, & Prçlatos in dictis ſchedulis nominatos fideliter in vnam amplam ſchedulam redigant: vnicuique Monaſterio attribuendo nominatos in eodem Monaſterio, etiamſi plures in vno Monaſterio fuerint nominati, & ipſam ſchedulam prçfatis Diffinitoribus repræſentent. In qua ſi reperietur de aliquo Prçlato diſpoſitum fuiſſe, aliter, quam ſupradictum eſt: tunc Pater Prçſidens omnino prohibeat talem Prçlatum ſuffragijs ſubdi, imò abſque

Digitized by Google

ſque vlla diſcuſſione, eundem in Monaſterio, in quo prius erat, deſcribi, & nominari faciat. Schedulas verò, quas pręfati Scrutatores ſcrutati fuerint, comburant, & omnia ſecretè teneant, ne ſcandalum aliquod oriri poſſit. Qui ſi contra fecerint, puniantur, prout ſupra de ipſis reuelantibus dictum eſt. Quo facto Pręlati ſinguli votis ſupponantur, & in quem plura ſuffragia conueniunt, ille pręferatur Monaſterio, de quo agitur.

7 Hoc ſanè volentes, quod ſi quis eorum, pro quo vota dantur, fuerit de Diffinitoribus; vt liberius de eo diſponatur, exeat de Diffinitorio, donec fuerit factum ſcrutinium.

8 Quod ſi contingeret eundem Patrem in duobus, vel pluribus Monaſterijs nominatum, alijs Patribus in ſuffragijs anteferri: fiat ſcrutinium iterum, & pro quo Monaſterio, plures repertę fuerint voces, illi pręficiatur. Ad depoſitionem verò Pręlatorum in pœnam, decernimus, vt non niſi cauſa cognita, & ſecundum quod ordo iuris, ac ipſorum demerita poſtulauerint, Diffinitores procedant.

9 Aduertant autem ipſi Patres Diffinitores, aut etiam qui pro Dietis celebrandis infra annum congregabuntur, ne in promotionibus ad Dignitates, Pręlaturas, Officiaue cuiuſuis generis in Congregatione faciendis, vllum omninò promoueant ad fauorem cuiuſcunque Principis, aut Pręlati extra Congregationis gremium, hoc enim prohibetur per duo diplomata Pij Quinti, quorum alterum expeditum fuit ſub die 7. Aprilis, alterum 28. eiuſdem menſis, &

anni

anni MDLXXI. diſtrictiùs autem per diploma Gregorij XIII. die 7. Aprilis 1574. à Sanctiſſimis Dominis Noſtris Vrbano Octauo, & Clemente X. confirmatum, & ampliatum, Quod legendum eſt quotannis coram omnibus de Capitulo Sabbato in primo actu Capituli; ſed illos tantum ad huiuſmodi Prælaturas, vel officia aſſumant, quos Religionis zelus, morum probitas, & literarum ſcientia, ac Regulæ obſeruantia commendant.

De Conuentuum Ordinatione.

CAP. XXII.

1 EXpeditis Prælatorum electionibus, tractent deinde Diffinitores de Conuentuum ordinatione.

2 Videant itaque primò, an Monaſteria Prioribus, Decanis, Magiſtris Nouitiorum, Cellerarijs, & Monialium Confeſſoribus indigeant: quod ſi iudicauerint in aliquo Monaſterio aliquem promouendum, aut ex illius Monaſterij Superiorum inſtantia, vel ex ipſorum Diffinitorum propria conſideratione, tunc (ſeruatis omnibus in Apoſtolicis literis expreſſis, & quæ in præſentibus Conſtitutionibus, & præſertim in Declaratorio Regulæ cap. 21. de huiuſmodi electionibus ſtatuuntur) Diffinitores ipſi diligenter de ipſo ineant cum Dei timore tractatum; Declarantes illos, de quibus tunc agetur, nequaquam legitimè promoueri poſſe, niſi ex nouem Diffinitoribus,

ffinitoribus, ſaltem ſeptem conſenſerint: quem etiam votorum numerum, in eorum abſolutione, neceſſarium eſſe decernimus.

3 Et ne Diffinitorum iudicium in aliquem errorem labatur: Viſitatores in Monaſterijs viſitandis interrogabunt Prȩlatum, ac cȩteros Monaſterij Superiores, an mutuo inter ſed conſilio tractauerint (quod eos omnino facere volumus) ſit ne aliquis in Monaſterio Monachus morum probitate, & ſcientia dignus, qui promoueri poſſit ad Decanatum: itemque ex Clericis ad Subdiaconatum, Diaconatum, aut Sacerdotium. Et ſi aliquos poſt huiuſmodi tractatum dignos inuenerint, qui proponantur Viſitatoribus approbandi, mandabunt ipſi Viſitatores, prȩdictos ſibi in ſchedula deſcriptos exhiberi, atque à Prȩlato, & ſingulis Superioribus iuramento prȩſtito exigent, an affectione, & inordinata animi inclinatione aliquem propoſuerint, aut odio, vel maleuolentia prȩtermiſerint, an verò quos dignos, & idoneos ad gradus, & officia iudicauerint; deque ſic nominatorum vita, & moribus, prȩſertim illorum qui ad Decanatum promouendi eſſent à cȩteris probatȩ fidei Monachis exactiſſimè inquirent, & ſingulorum teſtimonia in acta referri iubebunt. Induſtriam verò, ac ſcientiam, Viſitatores ipſi prȩſentes diligenter examinabunt, ſeruata forma, quo ad promouendos ad Decanatum, quȩ infra in 2. parte Conſtitutionum cap. 2. num. 15. prȩſcribitur, & quos idoneos repererint, approbabunt. Decanorum autem, & Priorum Clauſtralium vitam, mores, induſtriam, doctrinam, & ſolicitudinem, tùm à

tùm à Prælato,& Superioribus,tùm ab alijs diligenter explorabunt; cum enim ex eorum numero eligantur Priores, & Abbates reſpectiuè, omnium optimi ſunt approbandi. Quos igitur dignos iudicauerint Viſitatores (ſuper quo eorum conſcientiam oneramus) approbabunt, & in acta referri mandabunt. Caueant autem Viſitatores, ne aliquem approbent, qui per integrum ſaltem annum in eodem Monaſterio commoratus non fuerit, aut certè bonum teſtimonium habeat ab his Prælatis, & Superioribus, cum quibus eo anno, licet in diuerſis Monaſterijs, vixerit. Hoc attento, quod Titulares Prælati, deinceps neque in Abbates cum Adminiſtratione, neque in Priores, neque in Decanos promoueri poterunt.

4 Prohibemus quoque ne quis ad Decanatum,nec ad aliquem Superioritatis gradum, etiamſi Sacerdos ad Congregationem venerit, aſſumi poſſit, niſi decimo ſexto, nec ad curam Nouitiorum, niſi decimo octauo anno reſpectiuè in Congregatione completo, vt ſupra in Declaratorio Regulæ cap. 21. num. 7.

5 Et nemo in Priorem, aut Abbatem promoueri poſſit, niſi per quinquenium completum in Decanatu, aut Prioratu reſpectiuè laudabiliter vixerit, prout in præfato cap. 21. num 11.

6 Videant conſequenter Diffinitores, ſi Monaſteria, Sacerdotibus, Cantoribus, & alijs quibuſcunque Monachis indigeant, & pro qualitate loci, concurſu, frequentia Populi, & dignitate Eccleſiæ opportunè prouideant, ſeruata tamen forma Decreti Sac. Congregationis Concilij de Celebratione Miſſarum, vbi

 decernitur,

Digitized by Google

decernitur, vt numerum familię ſingulorum Monaſterlorum Capituli Generalis ſententia, & auctoritate pręfinitum, ijdem Regularium Superiores perpetuò ſeruare omninò teneantur; nec poſſint illum quoquomodo augere, etiam prętextu augmenti redditUum abſque Sac. ipſius Congregationis licentia. Quem quidem numerum iam vnicuique noſtrę Congregationis Monaſterio, Capituli Generalis voto, & auctoritate pręfixum, nemini liceat Pręlatorum noſtrorum vllo pacto minuere, vel pro obtinenda huiuſmodi augendi licentia ad eandem Sacram Congregationem recurrere, niſi ex vrgentiſſima, & legitima cauſa in Capitulo Generali à Diffinitoribus approbanda, ſub eiſdem pœnis in prędicto Decreto contentis. Statuatur item ex eo numero quot Decani, quot Sacerdotes, quot Clerici ſingulis Monaſterijs ſint adſcribendi; ſic enim fiet, vt ex certo vniuſcuiſque Monaſterij Monachorum numero, certus etiam numerus omnium in Congregatione Monachorum determinetur, adeo vt ſingulis annis non plures Nouitij ad probationem recipiantur, quam quot de pręſcripto numero fuerint imminuti. Inſuper ſi qui ex legitima cauſa petant, aut indigeant mutatione, prout fieri poterit, & Diffinitoribus videbitur, fiat prouiſio.

7 Ad tollenda autem ſcandala, & incomoda, quę ex frequentibus Monachorum mutationibus ſępe numero, etiam cum animarum detrimento oriuntur: Statuimus quod Monachi noſtrę Congregationis non leui cauſa mutentur, ſed tantùm ex manifeſtę infirmitatis

mitatis cauſa, quibus Medicorum conſilio, aeris mutatio ſubueniret, aut ſi huiuſmodi mutatio ad animę ſalutem eſſet neceſſaria, vel alia graui cauſa, à Diffinitoribus, vel Regimine, aut à Viſitatoribus approbanda. Mutatis autem, Viſitatores, aut Diffinitores, aut Regimen, per quos mutari contigerit, prouideant, vt omnia itineri neceſſaria tribuantur, pręſcripta quoque eis via, qua directè ad Monaſteria ſibi aſſignata pergant, ità vt vagandi tollatur occaſio, & commodis Monachorum, qua decet charitate, conſulatur.

8 Id circò ordinamus, vt quoties aliquis petit mutationem, niſi ſaltem ſeptem Diffinitores conſentiant, non eis annuatur. Votis autem committantur mutandi ſinguli, & ſigillatim, & non plures ſimul. Mutationes verò prædictę, quantum poſſibile eſt, fiant ad loca viciniora, & magis propinqua, vt expenſis ſimul, & vagationi Monachorum parcatur, & ne cogantur diuerſa Monaſteria, & hoſpitia circuire. Quod pręcipuè circa iuuenes obſeruetur, prout ſupra ordinatum eſt in Declaratorio Regulę cap. 67. num. 13.

9 Scriba vero Capituli, Monachos, & Monaſteria, à quibus amouendi ſunt, & ad quæ tranſmittendi fuerint, in ſcriptis redigat. Nec Catalogis mutationum, quæ per Capitulum, aut Dietas fiunt, adhibeatur fides, niſi ſubſcriptis manu ipſius Scribæ, ſiue Cancellarij, vel vnius ex Prælatis, vel Procuratoris in Curia, vel Neapoli fidem facientium, eos cum originali conuenire.

 Statuen-

10 Statuentes inſuper quod quando Monachi mutantur de Monaſterio ad Monaſterium, competenter induti mittantur, & maximè in prima mutatione, eis omninò prouideatur de Clamyde, ſeu Mantello panneo, ocreis, calcaribus, alijſque neceſſarijs, quatenus in inuentario ſuorum veſtimentorum cognoſcentur indigere.

11 Pecunias verò non ſolùm, quas pro veſtimentis deferunt; ſed etiam omnes alias, cum ad Monaſteria ſibi aſſignata peruenerint, ſtatim Prælatis reuelent, Depoſitario conſignandas, quas nolumus, niſi de licentia Abbatis expendi.

De Viſitatorum, & Procuratoris in Curia electione.

C A P. X X I I I.

1 DEmum ipſi Diffinitores eligant ſex Prælatos in Viſitatores vltra Præſidentem, Religionis zelo, morum probitate, literarumque ſcientia conſpicuos, qui teneantur in illis Prouincijs, in quibus Viſitatores deputati fuerint, munus ſuum cum omni diligentia ſubire, & intra tempus à Conſtitutionibus præſcriptum, abſoluere.

2 Modus autem eligendi erit iſte. Quilibet Diffinitor ſecretè ſcribat in vna ſchedula ſex Prælatos ſupradictis qualitatibus præditos, duos videlicet ex Neapolitana, Romana, & Hetruſca, ac alios duos ex Lombarda, Veneta, Ligura Prouincijs, ex diuerſis tamen dictarum

Digitized by Google

dictarum Prouinciarum Monaſterijs reſpectiuè profeſſos, & reliquos duos, iuxtà præſcriptum noſtræ Congregationis, pro Regno Siciliæ, vt ſtatuitur in Breui Pauli Quinti, poſtea ipſam ſchedulam Patri Præſidenti præſentet; deinde nominati exponantur votis, & qui habuerint plures voces, Viſitatores exiſtant. Quando verò plures concurrunt in vocibus, antiquior profeſſione præponatur.

3 Statuimus tamen, iuxta formam literarum Apoſtolicarum Gregorij XIII. vt qui in vno Capitulo fuerit Diffinitor, illo anno Viſitator eſſe non poſſit. Similiter qui anno præterito fuerit Viſitator, niſi elapſo quadriennio, in Viſitatorem eligi nequeat. Viſitator autem ſolùm actu, ſequenti immediatè biennio illa Monaſteria viſitare non valeat, quæ præterito biennio etiam actu viſitauerit. Viſitatio verò Monialium, neque actu, neque officio Viſitatoribus iniungi poſſit.

4 Tradant denique Diffinitores binis quibuſque Viſitatoribus, iuxtà prædictas literas Apoſtolicas, ſchedulam, in qua deſcriptæ ſint non ſolum ea, quæ de Viſitatoribus Congregationis noſtræ Conſtitutiones mandant obſeruari, ſed etiam alia, quæ ipſi Diffinitores iudicauerint Viſitatoribus ordinanda, tàm in genere, quàm in ſpecie, pro ſingulorum Monaſteriorum exigentia.

5 Poſteà ineant tractatum de eligendo Procuratore Generali, cuius officium, cum maximi ſit ponderis, eligatur ſpectatæ vir probitatis, induſtriæ, ac fidei, qui ſit Abbas Regiminis, vt nõ ſolùm ingenio, & grauitate morum cõmendetur, ſed etiam qui in Abbatia bien-

nium ad minus compleuerit,& cuius vita in alijs etiam officijs laudabiliter acta, firmum, & graue dederit teſtimonium eum poſse tanti oneris, & honoris nomen ſuſtinere, acceſseritque grauior quędam, & continuata Viſitatorum confirmatio. Ad eius enim officium ſpectat Congregationis negotia tractare in Curia ex Diffinitorum, Capituli Generalis, aut Patrum Regiminis præſcripto, omniaque ad P. Præſidem referre; Congregationis iura tueri; Annatas quindenniorum, quartam partem fructuum, & contingentem partem ſubſidij quadringentorum millium ſcutorum, & aliorum omnium, aut aliàs impoſitorum, aut in poſterum imponendorum; & annuum cenſum vnciæ vnius auri Cameræ Apoſtolicæ in feſto SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli in ſignum perpetuæ libertatis, & confirmationis priuilegiorum noſtrorum quotannis ſoluere ex pecunijs ſibi per Monaſteria, aut per Quęſtorem tranſmiſſis.

6 De quibus bis in anno rationem reddere teneatur Abbatibus S. Pauli de Vrbe, & S. Mariæ de Farfa cum aſſiſtentia alicuius Computiſtæ à Diffinitorio, ad hæc ſpecialiter deputandi; ſciatque ſe, ſi in hoc vnquam defecerit, à Capitulo Generali vel etiam à Dieta grauiſſimè puniendum eſſe. Viſitatoribus etiam, dum Monaſterium S. Pauli viſitauerint, idem Procurator Generalis oſtendat annua ſuæ adminiſtrationis computa; libroſque computorum ſecum deferat ad Capitulum Generale, à Diffinitorio exactè recognoſcendos, & ſubſcribendos.

7 Interim verò Capſa Procurariæ Generalis nullo

modo

modo ſit apud Computiſtam Congregationis, ſed apud aliam Perſonam fide dignam à Diffinitorio eligendam; à qua Capſa Computiſta prædictus non extrahet ſummam aliquam quouis titulo ſoluendam, abſque mandato à Patre Procuratore Generali ſubſcripto. In caſu autem reductionis, vel extinctionis Cenſuum, Debitorum, vel aliorum particularium computorum, Computiſta pro tempore, ſub pœna depoſitionis, & inhabilitatis ad quoſcunque gradus, mittere teneatur eorum Exſcriptum Monaſterijs, ad quæ reſpectiuè ſpectauerint, ſpatio vnius menſis.

8 Modus autem electionis eiuſdem Procuratoris Generalis prout firmatum fuit auctoritate Apoſtolica per Breue SS. D. N. Clementis X. ſub dat. die 22. Auguſti 1670. erit iſte. Eligatur ab vniuerſo Capitulo Generali ex omnibus Abbatibus, ad id muneris, vt ſupra dictum eſt, idoneis, qui omnes indiſcriminatim ſuffragijs eiuſdem Capituli Generalis committi debent. Ille vero ex Abbatibus, in quem plura vota conſenſerint, cenſeatur legitimè electus in Procuratorem Generalem. Paribus autem apparentibus ſuffragijs, qui prouectior in Religione fuerit, is Procurator erit habendus. Porrò, quicumque ille, ſit ſingulis in Capitulis Generalibus omnium Patrum ſcrutinio ſummittatur, iterum in dicto officio per maiorem ſupra dimidiam vocum partem, ſi aptus repertus fuerit, confirmandus.

9 Aduertatur præterea, quòd iuxtà Breue Pauli Quinti numquam Abbas S. Pauli de Vrbe, & eligendus in Procuratorem ſint ex Monaſterijs eiuſdem

Pro-

Prouinciarum, ſed diuerſarum eligantur; vt ſi conti-
gerit Procuratorem electum, eſſe profeſſum ex Mona-
ſterijs Prouinciarum Lombardæ, Venetę, vel Ligurę,
tunc Abbas S. Pauli ex aliquo Monaſterio Romanæ,
Neapolitanæ, Siculę, vel Hetruſchæ deputetur; & vi-
ce verſa; multò minus eligatur in Procuratorem Ab-
bas S. Pauli; ſed Procurator eligendus, ſit regimine,
& perſona penitus ab eo diſtinctus; immò nec ipſe
Abbas qui eſt Procurator Generalis finitò tēpore ſuæ
adminiſtrationis deputari poſſit immediatè ad regi-
men S. Pauli; nec Abbas S. Pauli immediatè poſt regi-
men eiuſdem eligi queat in Procuratorem Genera- 8
lem; ſicut in Procuratorem Generalem eligi duos Ab-
bates eiuſdem Monaſterij profeſsos ſucceſſiuè; aut al-
terum in Procuratorem Generalem, alterum in Præſi-
dentem Congregationis ſimul omninò prohibemus.
Declarantes nullam, & inualidam electionem præfa-
tam, in qua prædicta omnia, & ſingula ſeruata non
fuerint.

10 Abbate in Procuratorem electo non deputetur Mo-
naſterium aliquod Regiminis, ſed Abbatia ſolius ti-
tuli. Durante verò tempore ſuæ adminiſtrationis
eligi non poſſit Procurator Generalis in Diffinitorem,
aut Viſitatorem; quod pariter fieri prohibemus eo an-
no, & in eo Capitulo, quo à Procuratoria Generali
quocumque modo contingerit ceſſare. Excludimus
etiam Procuratorem Generalem omninò à Dieta;
tantoque tempore à Procuratoria vacare iubemus,
quanto ante in ea perdurauerit; paribuſque rationi-
bus nolumus P. Præſidentem Congregationis tum
pro

pro eo tempore, quo Præſidis munus gerit, tum pro bienaio immediato, quo ab eo abſolutus eſt, cooptari poſſe in Procuratorem Generalem, & vice verſa Procuratorem in Præſidem.

11 Abbas, qui eligitur in Procuratorem Generalem, iuramentum, vt moris eſt, Reuerendiſs. Diffinitorio exhibeat, ſe nullam diſpenſationem ad quoſcumque Gradus, Dignitates, Sacros Ordines, aut ad quodcunque aliud noſtris Conſtitutionibus repugnans, impetraturum niſi de ſpeciali Diffinitorum, vel Patrum Regiminis mandato, & in quantum poteſt, pro ſui muneris officio dictas diſpenſationes ſe impediturum. Quod ſi ad eius notitiam peruenerit aliquem ex noſtris Monachis id attentaſſe, teneatur quamprimum P. Præſidi, vel Regimini denunciare, grauiter eum, qui has diſpenſationes procurauerit punituro. Si verò eligatur in Procuratorem Generalem Abbas abſens à Capitulo, hoc idem iuramentum intra octauam diem, à qua Romam peruenerit Abbati S. Pauli præſtabit, eiuſque facti autenticum teſtimonium P. Præſidi tranſmittet.

12 Singulorum item Monaſteriorum negotia curabit, & cauſas defendet, & prout opus fuerit, tàm de rebus publicum Congregationis bonum concernentibus, P. Præſidem certiorem faciet, quàm de priuatis Monaſteriorum negotijs eorum Superiores. Et ſi contingat, vel morte, vel quouis alio caſu deficere Procuratorem Generalem, tunc qui erit Abbas S. Pauli curam gerat vſque ad futurum Capitulum Procuratoriæ prædictæ eodem modo, quo de Procuratore Generali

eſt

eſt definitum; in ſuo robore ſemper permanente ſta- tuto prohibente ne Abbas S. Pauli vel tunc, vel imme- diatè poſt eligatur in Procuratorem Generalem.

13 Si verò ex aliqua graui culpa (quod Deus auertat) iuſtitiæ rigor expoſcat, vt ad eiuſdem Procuratoris depoſitionem in pœnam deueniatur, vel pro bono Congregationis regimine contingat, vt ab officio ab- ſoluatur, ad huiuſmodi prouiſiones per Diffinitores tantùm, abſque aliorum Prælatorum ſuffragijs, dum- modo ex nouem Diffinitoribus ſeptem conſentiant, procedatur.

14 Vt deniquetanti officij onus faciliùs ſubſtinere va- leat, deputetur ei à Diffinitoribus, aut à Patribus Re- giminis Coadiutor, qui ſit Decanus, in cuius opera, ſcribendo, & alijs negotijs vtatur: grauis & ipſe, in- duſtrius, probitateque, & ingenio conſpicuus, qui etiam eius vices (ſi quando eum abeſse contigerit) ſine Congregationis incommodo, gerere poſſit. Hic qui Comprocurator appellatur, præſit omnibus De- canis, etiam Magiſtris Nouitiorum, & ſubiaceat in temporalibus Procuratori Generali, in ſpiritualibus vero Abbati S. Pauli tantùm, a quo teneatur accipere benedictionem dum è Monaſterio egreditur, & ad illud reuertitur. Quod idem dicimus de Computiſta, qui ſemper ſit Decanus, & teneat locum immediatè poſt Comprocuratorem.

De

De Epiſtolis dirigendis, & de loco celebrandi Capitulum.

CAP. XXIV.

1 EXpeditis omnibus, & ante Capituli abſolutionem, ſi quę reſponſiuę, vel miſſiuę conficiendę ſunt literę, ſatisfiat huic muneri, per aliquem ad hoc idoneum à Diffinitoribus deputatum. Quas literas Diffinitores diligenter videant; & ſi aliquas iudicauerint memoria dignas, regiſtrari faciant per Cancellarium.

2 Conſequenter pro futuro Capitulo celebrando, idoneus in aliquo Congregationis noſtrę Monaſterio locus eligatur. Declaramus autem Monaſteria pro celebrando Capitulo hęc eſſe, videlicet, Monaſterium S. Benedicti Mantuę, S. Ioannis Euangel. Parmę, Sanctę Iuſtinę Patauij, S. Marię Prataleę, S. Georgij Venetiarum, S. Petri Peruſij, S. Vitalis Rauennæ, & Sacrum Caſinenſe Cœnobium: volentes quod hoc ordine habeantur comitia pro Capitulo Generali, vt ter in anno, vel altero Monaſteriorum in Prouincijs Veneta, & Lombarda vt ſupra deputatorum, bis vero in aſſignatis Prouinciarum Romanæ, & Neapolitanæ celebrentur de biennio in biennium, vt ſupra ſancitum eſt cap. 1. num. 1.

3 Quibus ſic electus, niſi rationabili cauſa, & de Præſidentis, nec non maioris partis Viſitatorum conſenſu, mutari non poſſit, aut celebratio Capituli per

breue

breue tempus, octo videlicet, vel ad altius decem dierum differri. A decem verò diebus vſque ad menſem, niſi de Præſidentis, omniumque Viſitatorum conſenſu, minimè differri poſſit, & hoc niſi ex vrgentiſſima, & ineuitàbili cauſa.

4 Quod ſi aliqua rationabili cauſa, Præſidens, & Viſitatores prædicti ipſius Capituli locum duxerint tranſmutandum, vel celebrationem Capituli prorogandam, congruo tempore omnibus Prælatis Monaſteriorum per literas ſignificare, nullo pacto prætermittant.

5 Statuimus etiam, vt ad expenſas, quæ in Capitulo Generali fient, omnia Monaſteria, tàm citrà, quàm vltrà Alpes, ſecundùm eorum taxam, contribuere teneantur.

De Publicatione, & abſolutione Capituli.

CAP. XXV.

1 OMnibus, quæ ad Generale Capitulum pertinent expeditis, omnes aduocentur, tàm de Capitulo, quàm reſidentes in Monaſterio, vbi Capitulum celebratur; publicenturque per Scribam Capituli, tanquam auctoritate Apoſtolica publicum Notarium, Præſidens Regiminis, Viſitatores, & Prelati Monaſteriorum, tàm adminiſtrationem habentes, quam Titulares; Theſaurarius Congregationis, Procurator Generalis in Curia, Cancellarius, Capſarius, Coadiutor Procurato-

curatoris, & Computiſta, & mutationes Monachorum, pręſentibus teſtibus pro hoc actu ſpecialiter rogatis.

2 Quibus peractis, exeant omnes qui non ſunt de Congregatione, & ſucceſſiuè per Pręſidentem, vel Scribam terminata in Capitulo publicentur, exceptis ijs, quę ſecreta Diffinitores duxerint tenenda. Quę verò publicata fuerint, Pręlati in ſcriptis ac ſua Monaſteria Monachis ſuis denuncianda portent. Et quę à præfato Capitulo per duo præterita Capitula approbata fuerint, vel in futurum approbanda emanare contigerit, ſecum ad ſua Monaſteria, vel deferant, vel deferri faciant, quam primum commodè poterunt in libro, ad hoc in modum regeſti deputato per ſe, vel per alium fideliter exaranda.

3 Quæ quidem ordinationes in Monaſterijs legantur in reuerſione Prælati à Capitulo: publicentur etiam nominatim, ſi qui fuerint fugitiui, vel expulſi, vt ab omibus requirantur reſpectiuè, vel euitentur ſecundùm declarationem ſuper Càp. Regulæ 29.

4 Et imponantur triginta Miſſæ pro quolibet Monaſterio pro Fratribus defunctis noſtræ Congregationis,, & aliæ triginta pro habentibus literas gratioſas, qui illo fortè anno deceſſerint, quas pro debito ſufficere volumus.

5 Vltimò publicetur locus futuri Capituli, & Pater Pręſidens, committat omnibus vt oretur pro SS.D.N. pro Eminentiſſimo Protectore, ac cæteris S. R. E. Cardinalibus, pro Principibus, Prælatis, ac Congregationis Noſtræ Benefactoribus viuis, atque defunctis.

Qui-

6 Quibus peractis Viſitatores à Scriba Capituli requirant, & petant in ſcriptis, ſi quæ ordinata ſunt pro Monaſterijs ſuæ Prouinciæ, quæ ad eorum Officium pertineant. Et ſimiliter quilibet Prælatus petat à Scriba Capituli, ſi quæ ad ſuum Monaſterium pertinentia ordinata fuerint in authentica forma in libro ſui Monaſterij, vt ſupra dictum eſt, poſtea adnotanda, & in ſpecie de Monachis ad ſuum Monaſterium tunc deputatis, an pro aliquo illorum obtenta fuerit licentia, vt ad ordines promoueatur, & quo tempore, & ſimiliter à P. Præſidente requirat, ſi quæ fuerint ad ſuum Monaſterium pertinentia. Et ſic obtenta prius licentia, & benedictione percepta, facultas ſit vnicuique redeundi ad ſua Monaſteria, niſi ex aliqua cauſa fuerit neceſsè aliquos remanere. Præſidens tamen, & Viſitatores vltimi recedant. Modus autem hæc omnia pronunciandi, vt ab omnibus idem ordo ſeruetur, erit iſte, videlicet.

7 Primò pronuncientur Prælati. Secundò ordinationes confirmatæ. Tertiò ordinationes nouæ. Quartò Admonitiones. Quintò Mutationes Monachorum; Sextò Numerus Profeſſorum. Septimò Fugitiui, & expulſi, ac licentiati, & à quo Monaſterio, qui ſpecificè nominentur. Octauò nominatim Defuncti omnes, & in quo Monaſterio. Nono Numerus Defunctorum habentium literas gratioſas. Decimo triginta Miſſæ pro Fratribus noſtris Defunctis, & triginta item aliæ pro habentibus literas gratioſas, vt ſupra. Vndecimò Impoſitio taxæ ſiuè Taxarum. Duodecimò locus futuri Capituli. Tertiodecimò Licen-

Licentiæ admittendi Nouitios ad profeſſionem. Et poſtremò Theſaurarius, Procurator in Curia, ac cęteri Officiales Congregationis, vt ſupra num. 1.

De Pecuniarum ſolutione pro debitis liquidis Monaſteriorum.

CAP. XXVI.

1 ORdinamus, quod ſi aliquod Monaſterium teneatur in debito certo, aut per Capitulum, & Viſitatores definito Congregationi, vel alicui alij Monaſterio in quacumque pecuniarum quantitate, aut alia re, eique præfixum fuerit tempus à præfato Capitulo, vel Viſitatoribus, intra quod ſoluere debeat; ſi elapſo dicto tempore fuerit requiſitus illius Monaſterij Prælatus, & intra quindecim dies non ſatisfecerit ſoluendo; aut deponendo realiter pecunias, aut ipſas res ad voluntatem creditoris, priuetur anno ſequenti voce actiua, & paſſiua in Capitulo. Si verò debitum illud fuerit ratione taxatum, ſoluat cum illo totum intereſſe; & pœniteat, prout ſupra dictum eſt, ſi tamen in culpa ipſe fuerit.

2 Si autem Cellerarius à Prælato monitus, ſupradicta adimplere neglexerit, ab officio amoueatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM

Primæ Partis Conſtitutionum Congregationis Caſinenſis.

Cap.		Pag.
1.	*DE Capitulo Generali celebrando, & eius tempore.*	1
2.	*De iis, qui debent venire ad Capitulum Generale.*	2
3.	*De modo ſcribendi Capitulo Generali.*	4
4.	*Quæ per Prælatos ad Capitulum venientes ſunt deferenda, & in Capitulo petenda.*	6
5.	*De forma Capituli Generalis, & primò quibus perſonis conſtet.*	8
6.	*De iis, qui faciunt practicas in electione Diffinitorum, ex Bulla Leonis Decimi.*	10
7.	*De electione Scrutatorum.*	12
8.	*De abſolutione Præſidentis, & aliorum Prælatorum ab eorum Regimine. Hoc capitulum legit Pater Præſidens Dominica tertia poſt Paſcha, dicta Nona coram omnibus de Capit.*	13
9.	*De electione Præſidentis Capituli, Diffinitorum, & Conſeruatorum.*	15
10.	*De Diffinitorum auctoritate, ac poteſtate, & de Literarum præſentatione; Admonitionibus faciendis per Patrem Præſidentem omnibus de Capitulo principio Capituli Generalis.*	18
11.	*Quod nullus Diffinitorum procaciter defendat ſenten-*	

ſententiam ſuam, aut reuelet ſecreta Capituli. 21
12 De Officio Conſeruatorum. 23
13 De Electione Scribæ Capituli Generalis, Cancellarij Regiminis, & de pertinentibus ad Officium eorum 25
14 De Vicario Monaſterij, in quo celebratur Capitulum. 28
15 De Auditoribus Cauſarũ pro rebus temporalibus. 29
16 De Depoſitario Capituli, & Prælatis ad Computa Monaſteriorum deputandis. 33
17 De Monaſteriorum examinatione. 35
18 De modo, quo Diffinitores expediant terminanda. 38
19 De Calculo Expenſarum. 40
20 De Præſidentis Regiminis Electione. 42
21 De Prælatorum Electione. 45
22 De Conuentuum ordinatione. 49
23 De Viſitatorum, & Procuratoris in Curia electione. 54
24. De Epiſtolis dirigendis, & de loco celebrandi Capitulum. 61
25 De Publicatione, & Abſolutione Capituli. 62
26 De Pecuniarum ſolutione pro debitis liquidis Monaſteriorum. 65

Index

Digitized by Google

INDEX RERVM;
QVÆ CONTINENTVR IN PRIMA PARTE
CONSTITVTIONVM
Congregationis Caſinenſis

Prima Numerorum notæ indicant Paginam; Secundæ Capita; Tertiæ Paragraphos.

A

Abbas.

ABBATES omnes Regiminis debent ad Capitulum Generale venire. pag. 2. c. 2. §. 1.

Abbas legitima ex cauſa non accedens ad Capitulum, quomodo debeat mittere ad Capitulum literas bonum Congregationis, & Monaſterij concernentes. 2. 2. 2.

Nullus Abbas vocatus ad Capitulum Generale poteſt ſe excuſare. 3. 2. 4.

Non poſſit Abbas ſecum alium Monachum ad Capitulum ducere. 3. 2. 6.

Abbates tractent in Capitulo negotia ſpectantia ad ſua Monaſteria. 3. 2. 6.

Non quærant Abbates, qui contra eos ſcripſerint Capitulo ſed ipſos ex Charitate recipiant. 5. 3. 6.

Abbas ad Capitulum Generale accedens quæ debeat ſecum deferre. 6. 4. 1. 2. 3.

Negligens in ſolutione taxarum priuatur voce actiua, & paſſiua in Capitulo. 6. 4. 4

Petat in Capitulo facultatem pro promouendis ad Sacros Ordines. 7. 4 5.

Eligendos in Superiores proponat Capitulo. 7. 4 5.

Petat tres literas gratioſas ad ſummum pro Benefactoribus. 7. 4. 5.

Impetret à Capitulo pro Infirmis facultatem proficiſcendi ad Balnea. 7. 4 7.

Abbates præſentes Capitulo vocem actiuam & paſſiuam habent, abſentes nullam. 8. 5. 1. & pag. 15. 9. 2.

Quando, & quomodo ab admini-

miniſtratione, & titulo abſoluantur in Capitulo Generali. 13. 8. 1. & ſeq.

Poſt abſolutionem teneant omnes loca ſuæ Profeſſionis vſq; ad nouam electionem. 14. 8. 6.

Abſoluti ſe accuſent de negligentijs ſuis, & correctioni ſubiaceant. 14. 8. 6.

Tempore Capituli manifeſtent P. Præſidi pecunias, ſi quas habent. 33. 16. 1.

Non niſi elapſo ſexennio ſunt mutandi, quo elapſo neque titulo Adminiſtrationis præterquam ad breue tempus, poſſunt perſeuerare in Regimine eiuſdem Monaſterij. 45. 21. 1.

Non aſſumantur ad regendum Monaſterium, cui præfuerunt, niſi totidem annis vacauerint, quot illi præfuerunt. 45. 21. 1.

Abbatum electio quomodo, & à quibus facienda. 46. 21. 4. & ſequ.

Quot vota requirantur vt Abbas parum idoneus Regimini deponatur, & quot vt quis de nouo in Abbatem eligatur. 46. 21. 4.

Non deponantur in pœnam niſi cauſa cognita, & ſecundum quod exigit ordo iuris. 48. 21. 8.

Non ſunt eligendi ad Principum aut aliorum extraneorum fauorem. 48. 21. 9.

Nemo eligatur in Abbatem niſi poſt quinquennium laudabiliter completũ in Prioratu. 51. 22. 5.

Abbatibus non licet augere, aut minuere numerum Monachorum in Monaſterijs præfixum à Capitulo Generali ex decreto S. Congregationis Concilij. 51. 22. 6.

Abbas S. Pauli quem ordinem Prouinciarum ſeruare debeat cum Procuratore Generali. 23. 9.

Abbas S. Pauli non poteſt eſſe Procurator Generalis, nec dum actu eſt Abbas S. Pauli, nec dum immediatè deſinit ab adminiſtratione S. Pauli. 57. 23. 9.

Abbas S. Pauli deficiente Procuratore Generali curam gerat Procurariæ vſque ad futurum Capitulum. 59. 23. 12.

Abbates quæ debeant perquirere à Scriba Capituli, & Præſide, Capitulo abſoluto. 64. 25. 6.

Abſoluto Capitulo antequam Abbates diſcendant ad Monaſteria ſibi aſſignata, reuerſuri benedictionem petant à Patre Præſide. 64. 25. 6.

Ab-

Abbas Titularis.

Tempore quo Abbates in Capitulo ſunt abſoluti, Abbates Titulares teneant loca ſua profeſſionis. 14. 8. 6.

Neque in Abbates cum adminiſtratione, neque in Priores, neque in Decanos poſſunt eligi. 50. 22. 3.

Abſolutio.

Omnium Prælatorum quando, & quomodo fiat. 13. 8. 1. *& ſeq.*

Auditores Cauſarum.

Qui, quot, & à quibus eliguntur, & quandiu durent. 29. 15. 1. 10.

Auditoribus cauſarũ aſſignandus eſt Scriba, & qualis. 29. 15. 1.

Non conuenientibus Auditoribus cauſarum Scriba ſit pro quinto. 29. 15. 1.

Auditorum cauſarum auctoritas, locus, & præeminentia. 30. 15. 2. 10.

Ad Auditores cauſarum ſpectat examinare facultates alienandi. 30. 15. 3.

Auditorum ſententijs, & terminationibus omnes tenentur obedire, & ſub qua pœna. 30. 15. 2. 8.

Auditorum cauſarum munera. 30. 15. 4.

Cauſæ ad aliquem Auditorem ſpectantes quomodo debeant iudicari. 31. 15. 5.

Auditores cauſarum caueant ne aliquid ex complacentia, vel diſplicentia iniuſtè iudicent. 31. 15. 6.

Ab Auditorum ſententijs licet appellare ad Diffinitores, & quandiu appellatio duret. 31. 15. 7. 8.

Auditorum ſententiæ, & acta in ſcriptis redigenda, & Regimini conſignanda. 32. 15. 9.

Quando, & ad quid ſint vocandi à Diffinitoribus. 35.

B.

Balnea.

Spectat ad Abbatem petere facultatem à Capitulo vt infirmi proficiſcantur ad Balnea. pag. 7. *c.* 4. *§.* 7.

C

Cancellarius.

Debet intereſſe Capitulo Generali. pag. 2. *c* 2. *§.* 1.

Cancellario non paſſiua ſede tantum vox actiua competit in Capitulo. 8. 5. 1.

Quæ legere debeat in Capitulo Sabbato ante Dominicam tertiam

tertiam poſt Paſcha 11.5 3
Cancellarius negligens, inſtantibus Conſeruatoribus, puniatur à Diffinitorio. 24. 12. 2.
Quando, & quis eligendus, & publicandus. 27. 13. 5.
Cancellarij munera. 27. 13. 5.6.7.8.
Moneat ſemper apud Præſidem Regiminis, & quare. 27. 13. 6. e 7.
Cancelario coadiutor dandus tempore Capituli Generalis 27. 13. 6.
In eo munere arbitrio Regiminis poſſit per ſexennium perſeuerare. 27. 13. 6.
*Quomodo petitiones Abbatum diſponere teneatur.*28.13 8

Capitulum Generale.

Altero quoque anno celebrandum Dominica tertia poſt Domini Reſurrectionem. 1. 1. 1.
Qui debeant venire ad Capitulum Generale, & qui ab ipſo excludantur. 2. 2. 1 *& ſequ.*
Quæ perſonæ conſtituant Capitulum Generale totam repreſentans Congregationem. 8. 5. 1.
*Tempore Capituli Generalis in omnibus Monaſterijs conuentualiter eſt orandum pro felici exitu, & directione eiuſdem Capituli.*21 10. 14.
Quænam ſint Monaſteria pro Capitulo Generali, & quo ordine ſit in ipſis celebrandum. 61. 24 2.
*Quæ facultates requirantur, vt locus electus pro Capitulo mutetur, aut vt tempus illud celebrandi differatur, & à quibus id Prælatis ſit ſignificandum.*61.24.3.4.
Ad expenſas Capituli Generalis concurrunt omnia Monaſteria ſecundum eorum taxam. 62. 24. 5.
Quomodo abſoluatur, & eius acta publicentur. 62. 25. 1. *& ſequ.*
Locus futuri Capituli quando publicandus. 63. 25. 5.

Capſarius.

Tenetur venire adCapitulum Generale. 2. 2. 1.
Habet ſolum vocem actiuam. 8. 5. 1.

Cellerarius.

Non poteſt ad Capitulum accedere ſine facultate Diffinitorum in ſcriptis. 3. 2. 5.e 6.
Negligens in ſolutione taxarum ſeuerè puniatur. 65 4. 4.

Com-

Commemoratio Spiritus Sancti.

Facienda in Miſſa Sabbato ante tertiam Dominicam poſt Paſcha. 8. 5. 2.

Item in Miſſa ſolemni Dominica à P. Præſide. 13. 8. 1

Similiter ab omnibus Sacerdotibus noſtræ Congregationis in Miſſa tempore Capituli. 21. 10. 15.

Comprocurator.

Comprocurator in Curia qui debeat eſſe, eius præminentia, & ſubiectio. 60. 23. 14.

Computa.

Quot Prælati eligantur ad computa. 33. 16. 1.

Prælatorum electorum ad computa quæ ſint munera. 33. 16. 1.

Computa Congregationis à quibus, & quando perpendenda. 40. 19. 1.

Computiſta Congregationis

Non habeat apud ſe Capſam Procuraria Generalis, nec expendat pecunias abſque mandato Procuratoris Generalis. 56. 23. 7.

Teneatur mittere ad Monaſteria exſcriptum extinctionis Cenſuum, vel Debitorum. 56. 23. 7.

Quæ debeat eſſe eius præeminentia, & ſubiectio. 60. 23. 14.

Conſeruatores.

Qui, quando, & quomodo eligantur. 18. 9. 7.

Vnde dicti. 23. 12. 1.

Conſeruatorum auctoritas, & Officium. 23. 12. 1. 2.

D

Decani.

Quot vota ad Decanatus promotionem, & abſolutionem requirantur. pag. 49. c. 22. §. 2.

Ad Decanatum promouendi qua ratione à Viſitatoribus examinandi, & approbandi. 50. 22. 3

Nemo in Decanum eligatur qui decimum ſextum annũ in Congregatione non expleuerit. 51. 22. 4.

Depoſitarius.

Quis, & quomodo eligendus, & quæ ſint eius munera. 33. 16. 1.

Abbates pecunias ad Monaſteria pertinentes Depoſitaria conſignent. 33. 16. 1.

Dieta.

Interuenientes Dietæ qua pœna plectantur ſi reuelent non reuelanda. 22. 11. 2 3.
Omnia Dietæ acta à Conſeruatoribus examinentur. 23. 12. 1.

Diffinitores.

Aliquem admittentes in Capitulo, illum ſtatim audiãt, & dimittant. 3. 2. 6.
In Diffinitorum electione practicas facientes, & conſcij non reuelantes, quibus pœnis ſubiaceant. 10. 6. 1
Poſſunt, tuta conſcientia iniri ſermones de idoneitate eligendorum. 10. 6. 2.
Ad electionem Diffinitorum quando deueniendum. 14. 8. 6.
Quot, & ex quibus Prouincijs ſint eligendi Diffinitores. 15. 9. 1.
Eorum electio ſecũdum Deum facienda. 25. 9. 3.
Qui immediatè ante fuere Viſitatores non ſunt eligibiles Diffinitores. 16. 9 4.
Excludantur in proxima Dieta ad Abbatiam promoti. 16. 9. 4.
Plures in eodem Monaſterio Profeſſi, aut ex eadem Ciuitate, vel loco oriundi non ſunt eligibiles. 16. 9. 4.
Quo ordine debent eligi. 16 9. 4.
Quot ſuffragia debet habere, qui eligitur Diffinitor. 16. 9. 6.
Ex nouem Diffinitoribus electis quomodo, & quibus conditionibus eligitur Præſidens. 16. 9. 6.
Duobus in ſuffragiorum numero paribus eligitur Diffinitor qui antiquior eſt Profeſſione. 16 9. 6.
Quid agendum cum vnius Abbas in aliqua Prouincia eſt eligibilis in Diffinitorem. 16. 9. 6.
Totam Congregationem repreſentant, & ab ipſis decreta debent ab omnibus obſeruari. 18. 10. 2.
Diffinitores abſente Præſide omnia ſigna faciant ſibi inuicem deferendo. 19. 10. 3.
Quando nam litera bonum Congregationis concernentes ſint Diffinitoribus præſentandæ. 19. 10. 4.
Non defendant procaciter ſententiam ſuam. 21. 11. 1.
Diffinitor nolens ſe aliarum iudicio ſummittere expellatur extra Diffinitorium. 21. 11. 1.
A Diffinitoribus vocatus, qua pœna puniatur reuelans qua

quæ à Diffinitoribus audiuit. 22. 11. 2. 2.
Si quæ appellationes ab Auditoribus ad ipſos fiant, non facile ſententias reuocent. 31. 15. 7.
Quoties ad Capitulum celebrandum ingrediuntur, orationem præmittant. 35. 17. 2.
Quæ officia diſtribuenda ſint à Patre Præſide Diffinitoribus. 35. 17. 4.
Diffinitor in examine Monaſterij cui immediatè fuit exeat è Diffinitorio, ſicut, & in examine Monaſterij, cui præſit Prælatus ipſi conſanguis eius vſque ad ſecundum gradum incluſiuè. 16. 17. 5. 6.
Abbates reprehenſione digni corrigantur à Præſide, vt Diffinitores indicauerint expedire. 37 17. 9.
Ea, in quibus ex nouem Diffinitoribus ſeptem conueniunt cenſeantur diffinita. 39. 18. 3.
Determinata à Diffinitoribus quomodo à Scriba ſcribi debeant in libro petitionum Abbatum. 39. 18. 3.
Diffinitores quando legi faciant ordinationes Capituli, & Dietæ, & quid circa eas determinent. 39. 18. 4. 5.
Quando videre debeant computa Congregationis, & expenſas. 40. 19. 1.
Curent vt Cenſus annuus vnius vnciæ auri ſoluatur Cameræ Apoſtolicæ. 41 19. 3.
Quà ratione debeant Monaſteriorum ordinationi ſtudere. 39. 22. 2. & ſeq.
Quam cauti eſſe debeant in Monachorum mutationibus. 52. 22. 7. 8.

E

Electio.

In electione Diffinitorum facientes practicas, aut non reuelantes, ſi conſcij ſint, quas pœnas incurrunt. pag. 10. c. 6. §. 1.
Electio Scrutatorum quando, & quibus conditionibus facienda. 12. 7. 1.
Diffinitorum electio quando, & quomodo facienda. 15. 9. 1. & ſeq.
Electio Præſidis Capituli, qua ratione explenda. 16 9. 6.
Ad electionem Conſeruatorum quando, & quomodo deueniendum. 18. 9 7.
Electiones Scribæ Capituli: 25. 13. 1.
Cancellarij. 27. 13. 5.
Auditorum Cauſarum. 29. 15. 1.

Digitized by Google

Vicarij Capituli. 28. 14. 1.
Depoſitarij. 33. 16. 1.
Prælatorum ad Computa. 33. 16. 1.
Præſidentis Regiminis. 42. 20. 1.
Abbatum electio quomodo facienda. 46. 21. 3. *& ſeq.*
Electio Viſitatorum. 54. 23. 1. *& ſeq.*
Electio Procuratoris Generalis. 54. 23. 1. *& ſeq.*

Examinatio.

Examinationes Monaſteriorum quo ordine ſint facienda. 33. 17. 3. 7.
Non deveniatur ad examen Monaſteriorum, niſi præhabeatur à Viſitatoribus eorundem informatio. 36. 17. 5.
In examine Monaſterij cui præſit aliquis ex Diffinitoribus, vel conſanguineus vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, Diffinitor ille exeat è Diffinitorio. 36. 17. 5. 6.
Ea, de quibus in examine Monaſteriorum non poteſt haberi certa notitia remittantur Viſitatoribus anni ſequentis examinanda. 37. 17. 10.
In examine Monaſteriorum qua ratione à Diffinitoribus ſint facienda reprehenſiones, ſi res ſic exigat. 36. 17. 8. 9.
Examinationes Prælatorum curam Monialium habentium quando, & quomodo facienda. 37. 17. 11.

Expulſi.

In abſolutione Capituli ſunt publicandi, & quare. 63. 25. 3.

F

Fugitiui.

Vt expulſi publicentur in abſolutione Capituli, & quare. pag. 63. c. 25. §. 3.

I

Infirmi.

Petere facultatem à Capitulo pro Infirmis vt proficiſcantur ad Balnea, ſpectat ad Abbatem. pag. 7. c. 4. §. 7.

L

Liber.

In quo ſint deſcripti ſcandaloſi ſit ſemper apud P. Præſidem. 37. 17. 12.

Digitized by Google

Literæ.

Carceri mancipetur qui Capitulo Generali ſcripſerit Literas ſubſcriptione carentes. 4. 3. 1.

Alienis literis nullus ſubſcribat, niſi ob bonum Monaſteriorum. 5. 3. 3.

Scribens Capitulo Generali literas in alterius præiudicium teneatur ſtare pœnæ talionis. 5. 3. 5.

Qui miſerit ad Capitulum literas falſa continentes quomodo puniendus. 5. 3. 5.

Quando nam literæ bonum Congregationis concernentes ſint Præſidi, & Diffinitoribus præſentandæ. 19. 10. 4.

Literæ Gratioſæ.

Tres ſolum Literæ gratioſæ pro benefactoribus ſunt petendæ à quocunque Abbate. 7. 4. 5.

Pro Parentibus, Fratribus & Sororibus non ſunt impetrandæ. 7. 4. 6.

Pro habentibus literas gratioſas imponuntur cuicunque Monaſterio triginta Miſſæ in abſolutione Capituli. 63. 25. 4.

M

Monachus.

Quicunque Monachus vocatus à Diffinitoribus, aut Regimine tenetur ad Capitulum Generale venire, poteſt etiam accedere ſi vocetur cum facultate Præſidis ad concionandum, vel diſputandum; his excluſis conditionibus non poteſt. pag. 3 c. 2. §. 4. 5. & 6.

Qua pœna plectatur, qui ſine licentia Diffinitorũ in ſcriptis ad Capitulum, vel loca vicina accedit. 3. 2. 5.

Moniales.

Monialium viſitatio Viſitatoribus Congregationis non iniungatur. 55. 23. 3.

Mutationes.

Raro fiant mutationes Abbatum & quare. 45 21. 1.

Monachi ex leui cauſa non ſunt mutandi, & ſi mutentur præſcribatur eis via & neceſſaria itineri miniſtrentur. 52 22. 7. & 10.

Iuuenes non mutentur & quicunque mutantur ad loca viciniora quo ad fieri poteſt mittantur. 53. 22. 8.

Quomodo ſuffragijs exponan-

tur mutandi, & quot vota ad approbandam mutationem requirantur. 53. 22. 8.
Quæ requirantur vt Catalogo mutationum fides poſſit adhiberi. 53. 22. 9.
Mutati cum ad Monaſteria peruenerint, reuelent pecunias Depoſitario conſignandas. 54. 22. 11.

O

Officiales.

Tam Congregationis, quàm Monaſteriorum Officiales non perſeuerent in officijs vltra ſexennium, nec ab ijs ammoti ad eadem reaſſumantur, niſi tot annis ab ijs vacauerint, quot in ijſdem iam fuerant. 45. 21. 1. 2.
Nō creentur ad fauorem Principum, aut aliorum extra gremium Congregationis. 48. 21. 9.

Oratio.

Quæ orationes & à quo dicendæ dum omnes de Capitulo, primo congregantur. 8. 5. 3.

Ordinationes.

Nouæ ordinationes non facilè fiant, niſi ex vrgentiſſima cauſa. & à quibus ſint approbandæ. 38. 18. 6.
Quouſque ſeruandæ, ſed non regiſtrandæ. 39. 18. 5.
Ordinationes Capituli præteriti, & Dietæ quando, & quare legi debeant. 9. 1. 8. 4
Ordinationes approbatæ, qua ratione reuocari poſſint vel alterari. 39. 18. 6 & 7.
Ordinationes Capituli ad Monaſteria ab Abbatibus ferendæ, & ſtatim publicè legendæ. 63. 25. 3.

Ordines Sacri.

Facultates pro initiandis ordinibus ſacris petantur ab Abbate in Capitulo. 7. 4. 5.

P

Petitiones.

Abbatum petitiones quomodo à Cancellario diſponendæ. pag. 28. c. 13. ſ. 8.

Practicæ.

In electione Diffinitorum ſub quibus pœnis prohibitæ. 10. 6. 1.

Præſidens.

Quando congregare debeat in cubiculo ſuo Viſitatores, & ad quid. 8. 5. 2.
Quando conuocandi ſint à Patre Præſide omnes de Capitulo. 8. 5. 3.

Quæ

Quæ Orationes dicendæ à Patre Præſide, dum omnes de Capitulo ſunt congregati. 8. 5. 3.
De quibus loqui debeat coram Prælatis ab ipſo, conuocatis. 9. 5. 4.
Quomodo, & quando ſciſcitari debeat à Quæſtore num ſinguli Prælati ſatisfecerint. 9. 5. 4.
Quando legere debeat ad electionem Scrutatorum ſpectantia. 11. 6. 3.
Quando legere debeat Scrutatoribus caput Conſtitutionum ad ipſos ſpectans. 15. 7. 4.
Quando legere debeat caput Conſtitutionum ſpectans ad ſui, & aliorum abſolutionem. 13. 8. 1.
Abſente P. Præſidente, quis dictum caput legere debeat. 15. 8. 3.
Quomodo abſoluat omnes Prælatos ab Adminiſtratione, et titulo. 13. 8. 2.
Abſolutis cæteris, ſe ipſum ab officio, adminiſtratione, & titulo pronunciet abſolutũ. 14. 8. 4.
Abſolutus genibus flexis veniam petat, & correctioni ſubiaceat. 14. 8. 5.
Quomodo ex nouem Diffinitoribus ſit eligendus Præſidens Capituli. 16. 9. 6.
In electione Præſidentis ſi duo ſint pares in ſuffragijs præferatur antiquior profeſſione. 16. 9. 6.
Quando debeat legere caput Conſtitutionum ſpectans ad auctoritatem Diffinitorum. 18. 10. 1.
Quas admonitiones facere debeat cunctis de Capitulo congregatis. 19. 10. 4.
Quando nam ipſi, & Diffinitoribus literæ bonum Congregationis concernentes ſint præſentandæ. 19. 10. 4.
Ad Præſidentem ſpectat tempore Capituli omnia ſigna facere, & locum Superiorem tenere. 19. 10. 4.
Ad Præſidentem ſpectat ſcribere in Regeſto actorum Capituli electionem Scribæ eiuſdem Capituli. 25. 13. 1. & 2.
Præſidens pro tempore habeat ſemper apud ſe Librum, in quo ſunt deſcripti ſcandaloſi, criminoſi, & proceſſati. 37. 17. 12.
Præſidens debet eſſe omnium cauſarum promotor, & omnia promoueat, de quibus fuerit ab aliquo Diffinitore requiſitus. 38. 18. 1.
Munus ſit Præſidentis monere Diffinitorem, ſi quis eſſet in dicen-

dicendo prolixior, vt paucis ſe expediat. 39. 18. 2.
Qua ratione à Diffinitoribus vota perquirat. 39. 18. 2.
Præſidens Regiminis quomodo eligatur, & qua cæremonia poſt electionem ſeruentur. 42. 20. 1. *& ſequ.*
Præſidens, & Procurator Generalis non poſſunt ſimul eſſe profeſſi eiusdem Monaſterij. 57. 23. 9.
Præſidens nec pro eo tempore, quo Præſidens eſt, nec pro biennio immediatè ſequenti poteſt eligi Procurator Generalis. 58. 23. 10.
Pro quibus imponat orari in abſolutione Capituli. 63. 25. 5.
Præſidens cum Viſitatoribus, abſoluto Capitulo, vltimus diſcedat. 64. 25. 6.

Procurator Generalis.

Quando, & quomodo eligendus. 55. 23. 5. *& ſeq.*
Debet eſſe Abbas Regiminis, & biennium debet in Abbatia compleuiſſe. 55. 23 5.
Quæ ſpectent ad Officium Procuratoris Generalis. 55. 23. 5. *&* 12.
Bis in anno reddat rationem pecuniarum omnium Congregationis Abbatibus S. Pauli de Vrbe, & Sanctæ Mariæ de Farfa, nec non Viſitatoribus. 56. 23. 6.
Libros computorum deferat ad Capitulum Generale, & quare. 56. 23. 6.
Procurator Generalis ſubſcribat mandata pecuniæ quocumque titulo ſoluendæ à Computiſta. 56. 23. 7.
Modus eligendi Procuratorem Generalem. 57. 23. 8.
Singulis in Capitulis omnium Patrum ſcrutinio ſummittatur. 57. 23. 8.
Quis ordo Prouinciarum ſit ſeruandus inter Abbatem S. Pauli de Vrbe, & Procuratorem Generalem. 57. 23. 9.
Non poteſt eodem tempore idẽ eſſe Procurator Generalis, & Abbas S. Pauli de Vrbe, nec finita adminiſtratione Procurariæ Generalis poteſt immediate deputati Abbas S. Pauli; ſicut nec qui eſt Abbas S. Pauli immediate poteſt eligi Procurator Generalis. 57. 23. 9.
Duo Abbates profeſſi eiuſdem Monaſterij non poſſunt ſucceſſiuè eligi in Procuratorem Generalem. 57. 23. 9.
Procurator Generalis, & Præſidens Congregationis non poſſunt ſimul eſſe Profeſſi eiuſdẽ Monaſterij. 57. 23 9.

Digitized by Google

Procuratori Generali non eſt deputandum Monaſterium Regiminis. 58. 23. 10.

Procurator Generalis non eſt eligibilis in Diffinitoriũ, aut Viſitatorem tempore ſuæ adminiſtrationis, nec in eo Capitulo, quo ceſſat à Procuraria; & excluditur omnino à Dieta. 58. 23. 10.

Tanto tempore debet vacare à Procuraria, quanto in ea perdurauit. 58. 23. 10.

Non eſt eligibilis in Procuratorem Generalem qui immediatè fuit Præſidens, nec è contra qui immediatè fuit Procurator in Præſidem. 58 23. 10.

Quod iuramentũ præſtare debeat Diffinitorio, vel Abbati S. Pauli. 59. 23. 11.

Debet certiorem facere P. Præſidem de publicis, & de priuatis negotijs Monaſteriorum Superiores. 56. 23. 5. e 12.

Deficiente Morte, vel alio caſu, Procuratore Generali, vices gerat vſq; ad Capitulum Abbas S. Pauli. 59. 23. 11.

Abſoluere Procuratorem Generalem in pœnam ſpectat ad ſolos Diffinitores 60. 23. 13.

Prior.

Non perſeueret vltra ſexennium in vno Monaſterio, & ab illo amotus eidem non deputetur, niſi ſex annis abſuerit, quot prius ad fuit in Miniſterio. 45. 21. 1.

Quot vota requirantur, vt Prior parum idoneus Regimini deponatur, & quot, vt quis de nouo in Priorem eligatur. 46. 21. 4.

Quis non poteſt in Priorem promoueri niſi expleuerit quinquennium in Decanatu laudabiliter. 51. 22. 5.

Q

Quæſtor.

De quibus fidem ſcripto facere teneatur, & quando. 9. 5. 4.

R

Refectorium.

Omnes tempore Capituli conueniant ad vitam communem in Refectorio, pag. 20. c. 10. §. 12.

S

Scandoloſi.

Liber in quo deſcripti ſint Scandaloſi, qua ratione conficien-

ſciendus. pag. 37. c. 17. §. 12
Scandaloſi quibus conditionibus poſſint rehabilitari ad ordines, & gradus. 37. 17. 12.

Scriba.

Non ducatur ab Abbatibus ad Capitulum, præterquam à P. Præſide. 3. 2. 6.
Scriba Auditorum cauſarum qualis, & qui eius Coadiutores. 29. 15. 1.

Scriba Capituli Generalis.

Scriba Capituli Generalis quis & quomodo eligatur. 25. 13. 1.
Quid ſtatim poſt ſui electionem facere debeat. 25. 13. 2
Quo ad acta Capituli cenſetur auctoritate Apoſtolica Notarius 25. 13. 2.
Quænam ſint toto Capituli tempore eius munera. 26. 13. 3. & 4.
Finito Capitulo non diſcedat per aliquot dies, & ad quid 26. 13. 4.
Ad Scribam Capituli pertinet Monachorum mutationes in ſcriptis redigere. 53. 22. 9.

Scribere Capitulo Generali.

Scribere volens Capitulo Generali breuiter ſcribat. 4. 3. 1.
Literis carentibus ſubſcriptione fides non habeatur, & carceri mancipetur qui eas ſcripſerit. 4. 3. 1.
Nullus ſcribat circa ea, quæ ante Viſitationem occurrerint. 5. 3. 2.
Nullus ſubſcribat alienis literis, niſi propter bonum Monaſterij. 5. 3. 3.
Scribens Capitulo præ oculis Deum habeat. 5. 3. 4.
Qui ſcribit in alterius præiudicium ſtet ad pœnam talionis. 5. 3. 5.
Qui falſa ſcripſerit puniatur à Viſitatoribus tempore Viſitationum. 5. 3. 5.
Abbates, aut Monachi ex charitate non moleſtè ferant contra eos ſcribentes 5. 3. 6.

Scrutatores.

Qui, & quomodo eligendi. 12. 7. 1.
Scrutatores reuelante quæ ſecretò ſunt tenenda, quibus pœnis plectantur. 12. 7. 2. e, & pag. 47. c. 21. §. 6.
Audiant à P. Præſidente caput Conſtitutionum ad ipſas ſpectans. 13. 7. 4.

Scrutinium.

Oſtendens, vel per alterius manum dans ſuffragium in quouis ſcrutinio, quam pœnam

Digitized by Google

nam incurrat. 45. 20. 4.

Stationes.

Stationes conceſſæ omnibus Religioſis noſtræ Congregationis tempore Capituli. 21. 10. 14.

Superiores.

Non promoueantur à Capitulo Superiores, niſi Abbas eos propoſuerit. 7. 4. 5.

T

Taxæ.

Solutiones taxarum quibus temporibus fieri debeant. pag. 6. c. 4. §. 4.

Abbates negligentes in ſolutione taxarum priuentur voce actiua, & paſſiua in Capitulo. 6. 4. 4.

Cellerarij, quorum iniuria differtur ſolutio taxarum, puniantur. 6. 4. 4.

Taxa Monaſteriorum de ſexennio in ſexennium renouetur. 41. 19. 2.

Taxa quando plures, & quando pauciores ſunt Monaſterijs imponenda, & à quibus 41. 19. 4.

Solutio taxarum fiat expenſis Monaſteriorum. 41. 19. 5.

V

Vicarius Capituli.

Quis, qua ratione, & à quibus eligendus. pag. 28. c. 14. §. 1.

Ad Vicarium Capituli ſpectat Regimen Monachorum, & Monaſterij, in quo celebratur Capitulum. 28. 14. 1

Quem locum habere debeat, & quibus præeminentijs gaudeat. 29. 14. 2.

Viſitatores.

Quantumcumque à Capitulo diſtantes debent venire ad Capitulum Generale 2 2. 1.

Detenti legitima ex cauſa debent per literas ſignificare, quæ iudicauerint ratione Viſitationum ſignificanda 2. 2. 3.

Quando, & quomodo vnà cum P. Præſide ſciſcitentur à Quæſtore num ſinguli Prælati ſatisfecerint. 9. 5. 4.

Poſt abſolutionem Prælatorum proſtrati veniam poſtulent, & correctioni ſubiaceant. 14. 8. 6.

Quæ requirenda à Viſitatoribus pro Superiorum promotione. 50. 22. 3.

Qui, qua ratione, quo ordine Prouinciarum ſeruato, & quot ſint eligendi. 53. 23. 2.

Qui fuit in vno Capitulo Diffinitor, non poteſt eodem anno eligi Viſitator, & qui fuit Viſitator debet ſaltem per quadriennium vacare, vt iterum eligatur. 55. 23. 3

Viſitator actu non poteſt ſequenti biennio viſitare eadem Monaſterio. 55. 23. 3.

Viſitatio Monialium non poteſt iniungi Viſitatoribus. 55. 23. 3.

Quomodo debeant à Diffinitoribus inſtrui Viſitatores pro ſui miniſterij executione. 55. 23. 4.

Viſitantes Monaſterium Sancti Pauli examinent computa Procuratoris Generalis. 56. 23. 6.

Quæ inquirere debeant Viſitatores à Scriba Capituli in abſolutione Capituli. 64. 25. 6.

Vltimi vna cum Præſide à loco Capituli diſcedant abſoluto Capitulo. 64. 25. 6.



Secunda

Digitized by Google

SECVNDA PARS CONSTITVTIONVM CONGREGATIONIS CASINENSIS.

De poteſtate Præſidentis, & Viſitatorum.

CAP. I.

1 PRÆSIDENTI Regiminis tanquam principali Viſitatoris, & Patri Congregationis deferatur ab omnibus, & eidem exhibeatur omnis reuerentia, & loci preeminentia. Ipſe ſolus in quocumque fuerit Monaſterio, omnia ſigna tàm particularia, quàm generalia faciat.

2 Teneat penes ſe ſigillum magnum Congregationis, quo vtantur Patres cum aliquid præcipuum nomine Capituli, vel Regiminis fieri continget. Teneat etiam Regeſtum Capituli. Aliæ verò ſcripturæ Congregationis permaneant in Archiuio, & claues Archiuij ſemper ſint apud Præſidem, vel Abbatem illius Monaſterij, nec poſſint inde extrahi ſcripturæ vllæ, niſi de eius licentia, aut commiſſione, relicto etiam Chirographo extractorum.

3 Ad ipſum deferantur ſingula Congregationis quæ intra biennium occurrerint. Ad eumdem principaliter pertinet exequi ordinata per Capitulum. Quæ duo præmiſſa aut ſolus, aut cum alijs Viſitatoribus

ſecundùm rerum qualitatem, & eius limitatam poteſtatem faciat.

4 Poſſit etiam in ijs, quæ intra biennium occurrerint, & vbi ſibi tam pro euitandis ſcandalis, quam pro pace ſeruanda expedire videbitur, cum vno ſaltem ex Viſitatoribus prouidere. Cuius prouiſioni, & deliberationi, omnes, etiamſi Viſitator fuerit, obedire volumus.

5 Caueat etiam, nè affectione, aut paſſione aliqua moueatur; ſed omnia ſecundum Dei timorem diſponere ſatagat. Quod ſi aliter (quod abſit) fecerit, ſciat, ſe per Diffinitores ſequentis Capituli puniendum.

6 Statuimus quod Pater Præſidens non poſſit accedere ad Curiam Romanam, niſi prius habito conſenſu vtriuſque Viſitatoris illius Prouinciæ, in qua fuerit deputatus.

7 Item quòd nullus Viſitatorum ad eamdem Curiam accedere poſſit, niſi de licentia Patris Præſidentis, ac Conuiſitatoris ſui. Cæteris verò Prælatis, ac Religioſis noſtris prohibemus omnino ne Romam proficiſcantur, niſi accedente conſenſu Patris Præſidentis, & vtriuſque Viſitatoris ſuæ Prouinciæ, vel ſi periculum eſſet in mora, cum licentia Patris Pręſidentis, aut vnius ſaltem dictorum Viſitatorum; nec non Abbatis S. Pauli, & Procuratoris in Curia.

8 Liceat præterea eidem Patri Præſidenti cum aliquo ex Viſitatoribus illius Prouinciæ, vbi viſitandum fuerit, omnino Congregationis Monaſteria quotieſcumque opus fuerit viſitare, excepto Monaſte-

rio,

rio, cui biennio præterito præfuit, & cui aliquis in ſecundo gradu illi coniunctus præeſt. Quod idem de Viſitatoribus intelligimus.

9 Caueat tamen, ne auctoritate officij ſui (quemadmodum, & quilibet Viſitator) Religioſum aliquem de quolibet Monaſterio Congregationis noſtræ remoueat, & eum in Monaſterio ſibi commiſſo deputet: ſed ſi aliqua Monachorum indigebit prouiſione, duo alij Viſitatores, aut Præſidens cum vno Viſitatore huiuſmodi faciant prouiſionem.

10 Poſſit autem Præſidens de Prælatorum conſenſu, Monachis aliqua iuſta cauſa mutationem petentibus licentiam impertiri, quam tamen illis non concedat, quos Capitulum, vel Regimen in Dietis, aut Viſitatores in actu Viſitationis (cum ab ipſis mutari petijſſent) reiecerunt, aut aliò, quam optaſſent mutauerunt; niſi fortè vrgentiſſima, & neceſſaria cauſa nouiter emerſerit. Hortamur tamen, vt conſenſus huiuſmodi non tam facile concedat, ſed Viſitatoribus, quantum fieri poteſt hanc curam relinquat.

11 Cæterùm Præſidens cum duobus Viſitatoribus, quoties neceſſitas poſtulauerit, vt propter animæ, aut corporis ſalutem mutatio fiat alicuius Religioſi intra annum de Monaſterio ad Monaſterium vſque ad tempus Capituli, aut Dietæ diſponere poſſit, ac etiam licentiam concedere admittendi Monachos noſtros Nouitios ad Profeſſionem.

12 Item Præſidens, & Viſitatores, vel quilibet eorum in actu Viſitationis, exiſtentes, cauſas, & lites inter Monaſteria, ac perſonas Congregationis audire, &

ſummariè facti ſola veritate inſpecta. Quod verò iuſtitia mediante (vt præfertur) iudicauerit, vel terminauerit, faciat obſeruari.

13 Item Præſidens omni tempore abſoluere poteſt Religioſos noſtros à caſibus reſeruatis. Quod idem ſtatuimus de Viſitatoribus in actu viſitationis tantùm, etiamſi fuerint Viſitatores ſolum actu, & non officio.

14 Poſſit etiam Præſidens vbi ordo iuſtitiæ exigeret, Monachum aliquem in quocumque Monaſterio Congregationis delinquentem corrigere, & in domum cuſtodiæ detrudere etiam (ſi opus fuerit) inuito Prælato; & idem poſſint Viſitatores in actu Viſitationis.

15 Demum Præſidens cum omnibus Viſitatoribus, quos appellatione Regiminis intelligi volumus, omnem repræſentent Congregationem, & ea exequi poſſint, quæ infra cap. 3. determinantur.

16 Habeantque Præſidens, & ſinguli Viſitatores ſigilla ſingula eiuſdem characteris ſilicet, PAX, quibus vtantur in literis particularibus, ad officium ſuum ſpectantibus. Nec alteri cui vis liceat ſigillo ſimili vti.

17 Literas verò eodem ſigillo ſignatas nemini de Congregatione noſtra etiamſi Præſidens, aut Conuiſitator, vel Prælatus eſſet, aperire concedimus, niſi ſolis iis, ad quos diriguntur, vel de eorum licentia: præterquam in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis, vt in Declaratorio cap. 54. num. 4. 5. 6.

18 Ad ipſos etiam Præſidem, & Viſitatores pertinet, cum opus fuerit, vel propter ſcandalum euitandum, ordinata per Capitulum de omnium conſenſu ſuſ-

pendere

pendere vſque ad tempus Generalis Capituli: non tamen ex toto reuocare. Poſſint etiam vbi neceſſitas vrgeret, aliquod vniuerſale in Congregatione conſtituere, vſque ad tempus Capituli dumtaxat ſeruandum.

19 Ordinata etiam per prædictos pro bono Congregationis volumus obſeruari etiam poſt eorum officia, niſi reuocentur à ſucceſſoribus, & fuerint approbata, prout ſupra diſpoſitum eſt in prima parte cap. 29. num. 6.

20 Et quia ſæpè munera excæcant oculos ſapientum, & ſubuertunt corda Iuſtorum; ſtatuimus iuxta Sacrorum Canonum Sanctiones, quod nec Præſidens, nec Diffinitores, nec Viſitatores etiam Monialium, durante eorum officio, accipere vllo modo poſſint quæcumque munera à Monachis noſtris, vel Monialibus, vel ab alijs quibuſcumque Perſonis de Congregatione. Quod ſi contrafecerint, priuentur ipſis rebus, & inſuper grauiter puniantur, ſecundum qualitatem delicti, & perſonæ.

Quomodo, & qualiter fieri debeant Viſitationes.

CAP. II.

1 AD euitanda Viſitatorum incommoda, & Cœnobiorum diſpendia, decernimus Viſitationes Monaſteriorum noſtrorum altero quoque anno peragendas; deputantes tempus prædictarum Viſitationum à feſto Aſſumptionis

tionis anni ſecundi poſt Comitia vſque ad Quadrageſimam excluſiue; intra quod Viſitatores, niſi ex aliqua infirmitate, vel alio legitimo fuerint impedimento detenti, teneantur ſuum officium expleuiſſe. Quod ſi facere neglexerint, in ſequenti Capitulo Generali actiua, & paſſiua voce priuentur. Si verò ambos Viſitatores tempore præfato, & cauſa legitima, vt ſupra impeditos eſſe contigerit, viſitent quam primum ceſſante præfato impedimento. Si autem alter eorum fuerit pariter legitimè impeditus de conſenſu vtriuſque eligatur alius Prælatus de Regimine, vel Prior Clauſtralis, aut ſaltem Decanus Regiminis, qui actu tantum ſit Viſitator, & non officio, itaut intra præfatum tempus viſitatio omnino compleatur.

2 Hoc planè volentes, quod Viſitator officio ſemper præcedere debeat Viſitatorem actu, & non officio, licet ſit in Congregatione inferior.

3 Caueant, ne in eorum audientiæ locis ponantur aliqua ornamenta; & poſt primum diem comedant in Refectorio, communem Conuentus victum, quantum fieri poteſt, ſequentes.

4 Quam primum igitur Viſitatores ad Monaſterium, quod viſitare intendunt, peruenerint: congruo tempore, congregatis Prælato, & Monachis ipſius Monaſterij aliquam non in humanæ Sapientiæ verbis, ſed breuem, & puram in hac forma faciant exhortationem.

5 Fratres chariſſimi, cum ex iniuncto nobis à Capitulo Generali Viſitationis munere huc acceſſerimus, vt ſi quid in hoc Monaſterio tàm in capite, quàm in

membris

membris, vel contra Regularis diſciplinæ normam, vel contra rectam temporalium adminiſtrationem forſan irrepſerit, in ſpiritualibus, & temporalibus bonum regimen reducatur; Id circò ſi aliquid correctione dignum ad noſtram notitiam peruenerit, omni vigilantia, & ſtudio, prout nobis deſuper datum fuerit, prouidere curabimus, apud vos per illud temporis ſpatium, quod ſuadebit neceſſitas, commorantes; ſi verò nullus veſtrum noſtra indigebit opera, gratias Deo agite, charitatem continuam in hoc vinculo pacis inuicem ſeruantes, obedientiam, & reuerentiam ob Dei amorem Patribus impendentes, diſciplinam Monaſticam, & Regularem Obſeruantiam accenſis deſiderijs confouentes; & ſi ad alia huiuſmodi voluerit breuiter exhortari.

6 Conſequenter moneant Prælatum, & Monachos, quod ſi quis pro bono Monaſterij ſui iudicauerit aliquid inſinuandum, liberè illud exponat, quoniam intentio Patrum noſtrorum eſt, quod in Viſitationibus vitia tàm in capite, quàm in membris radicitus amputentur, cum ea tamen, qua decet humanitate, & charitate.

7 Caueat tamen quilibet, ne alicui, potiſſimè Prælato quauis paſſione ſeductus aliquid falſum imponat, ſeù aliter quam dictum, factumque fuerit referat: aut ſuſpicionibus vel leuiter dictis, ſeu factis aliquem inculpet. Quod ſi fieri (quod abſit) contigerit, diligenter cognita cauſa huiuſmodi Reus ſciat ſe publicè coram Monachis culpam dictuium, ac pœna talionis, aut aliter prout videbitur, puniendum.

8 Poſtea verò Viſitatores faciant abſolutionem mortuorum; mox viſitent Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacrarium, & Reliquias, ſi quæ ſunt, ac deinde tempore congruo ſint ſeorſum cum ſolo Prælato Monaſterij, illumque examinent de Seniorum ſuorum, & cęterorum Monachorum conditionibus, & præſertim ſi adhibita fuit diligentia neceſſaria in librorum inquiſitione. Si Prior Clauſtralis, & Decani circa ſua officia, videlicet in diuinis officijs, in cuſtodia Regularis obſeruantiæ, in audiendis Religioſorum confeſſionibus, in communibus exercitijs, in quotidianis Monaſterij Officinarum viſitationibus ſint ſoliciti: ſi ſibi inuicem reuerentiam, ac ſuperioribus obedientiam præſtent, ſi cæremonias obſeruent, & obſeruari curent. Si Monachorum, & Commiſsorum admonitiones, ac correctiones in Capitulo culparum frequentent: Si in prædictis admonitionibus, & correctionibus ſint nimis rigidi, aut remiſſi: Si Magiſter Nouitiorum diligenter Nouitios ſuos inſtruat in oratione mentali, in ſpiritualibus exercitijs, in cæremonijs Congregationis, in compoſitione tàm interioris hominis, quàm exterioris, nec non ſi eos in vilibus ſeruitijs exerceat, & in alijs huiuſmodi, quæ in Regula, & Conſtitutionibus noſtris continentur.

9 Inquirant prætereà de idoneitate, & conditionibus eorum, ac etiam ſi in eorum receptione obſeruentur præcepta Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum, & ſi recipiantur ad profeſſionem ſecundum priuilegia noſtra, videlicet quod recipiantur de conſenſu duarum ex tribus partibus Conuentus, & quod

profi-

profiteantur Prælato ſub Congregatione iuxta formam nobis vſitatam.

10 Interrogent etiam ipſum Prȩlatum, ſi in adminiſtratione temporalium Cellerarius ſuum ſequatur conſilium, & voluntatem: Si noſtris, potiſſimè Infirmis neceſſaria miniſtret: ſi tàm in verbis, quàm in factis, & cȩteris moribus eos ædificet, & cum ſecularibus ſit exemplaris: ſi temporalia Monaſterij diligenter adminiſtret, an procuret, vt poſſeſſiones à Colonis ſint ſuis temporibus cultæ, arboribuſque conſitȩ, ac cæteris ad culturam neceſſarijs conuenienter inſtructæ: ſi libros computorum, ac rationum Monaſterij ſui teneat ordinatos: ſi inſtrumenta, & alia Monaſterij iura diligenter conſeruari procuret: ſi Inuentarium omnium rerum mobilium Monaſterij, & immobilium habeat: ſi alijs Officialibus à Cellerariâ dependentibus intus, & extra Monaſterium, ea, quæ ad eorum officium ſpectant, per inuentarium accuratè conſignet, & ab ipſis expleta adminiſtratione, integram, & fidelem exigat rationem. An ipſe Prȩlatus viderit præſcriptis temporibus vnà cum Senioribus computa Monaſterij ſui, prout decernitur in Declaratorio, Regulæ cap. 31. Et ſi Monaſterium eſt debitis aggrauatum, in qua ſumma, & quem habeat ſatisfaciendi modum. Propter quod volumus, vt Viſitatores ante receſſum diligenter videant computa debitorum, & creditorum Monaſterij, nec non reddituum, & expenſas. Quod ſi viderint Monaſterium notabiliter aggrauatum iuxta eorum prouidentiam opportuna remedia adhibeant.

Inquirant

Digitized by Google

11 Inquirant etiam, ſi qui ſint Monachi ſibi, aut alijs Superioribus rebelles, aut inobedientes, ſi vitioſi, ſi ſcandaloſi, ſi proprietarij, ſi mercaturæ illicitæ negotiationibus deditі; Et ſi quem per acta viſitationum, in quibus proceditur per viam inquiſitionis generalis, de prædictis notoriè ſuſpectum, & diffamatum inuenerint, tunc Viſitatores, habita tali notitia, ſi alio opportuniori modo non poſſunt, debent ſpecialem contra ipſum inſtituendo inquiſitionem, præuio iuramento teſtes examinare, & proceſſum, non per apices iuris, ſed ſimpliciter, ſummariè, de plano, ſola facti veritate inſpecta, formare; ſeruatis de cætero ijs, quæ ſunt eſſentialia iudicij; vt ſunt audire defenſiones Rei, & citatio ad ſententiam. Quod idem in omnibus cauſis criminalibus in Congregatione noſtra ſeruandum erit, ſiue per viam inquiſitionis ſpecialis, ſiue denunciationis, aut accuſationis procedatur.

12 Præterea inquirant, ſi ea, quæ per Viſitatores, aut præcedentia Capitula fuerunt ordinata (quantum ſcilicet ad eos pertinet) accuratè obſeruentur: ſi Regularis obſeruantia in ſuo vigore conſeruetur: Si Diuina Officia ordinatè, & moroſè dicantur: Si ieiunia Regularia obſeruentur, & ſilentia temporibus debitis iuxta Regulam, & Conſtitutiones teneantur: Si inuicem reuerentiam ſibi exhibeant, & honorem: Si ſint compoſiti, tàm in Choro, quàm alibi per Monaſterium, & potiſſimè coram Hoſpitibus, & Sęcularibus; & ſi cum eis ſe immiſceant non vocati: Si Hoſpites cum humanitate, & charitate recipiantur: Si eleemoſinæ ordinariæ iuxta facultatem Monaſterij integrè, & fide-

& fideliter erogentur: Si priuilegia noſtræ Congregationis, quæ in illo ſunt Monaſterio, ac etiam ipſius particularia, cautè, & diligenter cuſtodiantur, & ea omnino videant. Et de alijs huiuſmodi, quæ per Regulam, & Conſtitutiones, & antiquas Congregationis conſuetudines, aut alias prout eis videbitur, concernent. Ac denique inquirant cum iuramento de probitate, & ſufficientia eorum, qui tàm ad Sacros Ordines, quàm ad Decanatum, Prioratum, & Abbatiam reſpectiuè promouendi erunt: & ſi cætera requiſita habeant, iuxtà formam ſuperius traditam in cap. 22. primæ Partis Conſtitutionum, & in Declarat. cap. 21. num. 3.

13 Conſequenter Viſitatores abſoluta Prælati examinatione, in eius abſentia, inquirant ſegregatim ab vnoquoque ſupradictorum Seniorum de ſe ipſis inuicem, ac de ſupradictis omnibus, prout viderint cuilibet competere; nec non tàm probitatem, & ſufficientiam eorum, qui promouendi eſſent, quàm ſolicitudinem, vel negligentiam promotorum diligenter examinent: ſingulorum merita, vel demerita in futuro Capitulo Diffinitoribus narraturi, iuxtà formam ſuperiùs deſcriptam in præfato Cap. 22. primæ Partis Conſtitut. ac etiam de qualitate Prælati, ſi ſolicitus ſit circa obſeruantiam Regularem, tàm in ſe, quàm in Monachis: ſi corrigat Religioſorum exceſſus: Si frequentet Diuina Officia, & Capitulum culparum: Si ſæpius exeat de Monaſterio, aut ſi eſt facilis ad dandam licentiam alijs, vt ex leui cauſa exeant: Si in ſua conuerſatione tàm cum Monachis, quàm cum Sæ-

culanbus

cularibus ſit exemplaris: Si in eo, aut in aliquo Monacho fuerit aliquis notabilis exceſsus tàm in veſtimentis, quàm in alijs quibuſcunque: Si confert de agendis Monaſterij cum Senioribus: Si ſæpius, aut ſemel in prædictis defecerit: Si demum ipſe aut Cellerarius, vel cæteri Officiales intus, aut extra Monaſterium abſque Capituli Generalis, ſiue Regiminis licentia, vel cum Monaſterium eſt ære alieno grauatum, fabricare, præſumpſerint: Si Regulam, & Conſtitutiones, ac Decreta omnia, quæ per Regimen, aut precedentia Capitula promulgata fuerint, ad vnguem obſeruet, & obſeruari faciat.

14 Supradicti autem Viſitatores interrogent etiam Sacerdotes Seniores zelantes de prędictis; cęteros autem Monachos Iuniores non curent interrogare, niſi pro indaganda alicuius rei veritate duxerint, neceſsarium. Si autem vltrò aliquid dixerint, benignè eos audiant, ac exhortentur ad obedientiam, & reuerentiam erga Pręlatum ſuum, ad fraternam charitatem, & Regularem obſeruantiam.

15 Poſtea vero ijdem Viſitatores, promouendos ad Decanatum coram ſe aduocari faciant; & ſuper ſcientiam, quam profitentur, & præſertim ſuper pœnitentiæ Sacramentum, quod ex officio adminiſtrare tenentur, diligenter examinent, ac ſeparatim vnicuique ipſorum nonnullos conſcientiæ caſus (quibus egregiè ſaltem inſtructi eſſe debeant, pro vt ſtatuitur in Breui Clementis Octaui) in vno folio deſcriptos exhibeant. Qui in calce eiuſdem folij, ſtatim coram ijſdem Viſitatoribus, non diſcendo ab eorum audien-

tiæ

tię loco (vt ex hoc eorum habilitas cognoſcatur) in ſcriptis reſpondere teneantur. Caueant tamen ipſi Viſitatores, ne prędictis examinandis huiuſmodi caſus, quouis modo ante examinationem per ſe, vel per alios notificent; Illud ſeriò attendentes, quod de huiuſmodi Promouendorum doctrinę ſufficientia, coram Diffinitoribus in Capitulo Generali atteſtari cum iuramento debent, prout decernitur in Declaratorio Regulę cap. 21. num. 3.

16 Videant inſuper Viſitatores ſchedulam, quam à Scriba habuerunt in Capitulo pręterito, in examinatione ipſius Monaſterij, & diligenter examinent quę in ea continentur, ſi vera fuerint, vel falſa Capitulo Generali relata.

17 Videant pręterea ſchedulam, quam habuit Pręlatus à pręfato Scriba tempore Capituli, & ſi quę in ea continentur, executioni mandauerit. Tandem habita de omnibus prędictis prudenti, & diligenti informatione, tractent apud ſemetipſos cum Dei timore, quę ſint monitione, quę reprehenſione, & quę correctione digna tàm in Pręlato, quàm in Senioribus, cęteriſque Monachis. Aduertant autem ne facilè credant omni ſpiritui: ſed probent ſpiritus ſi ex Deo ſunt. Nec aliquem ex ſola ſuſpicione condemnent, ſed de relatis ad eos (ſi de viſu, vel auditu, ab homine graui, cęteriſque circumſtantijs conſideratis) omni cum prudentia, & matura deliberatione diudicent. Et ſi quos culpabiles, ſiue reos deprehendent, ſimul, aut ſeparatim moneant, increpent, & corripiant iuxtà exceſſuum qualitatem, & ſecundum Conſtitutiones noſtras ordinent

ordinent in pręmiſſis, quę fuerint opportuna; itaut ſuo conſilio, & directione cuncta ſecundùm Deum benè diſponant.

18 Poſſint autem prędicti Viſitatores Pręlatum, ſi quem in notabilem exceſſum, cauſa cognita, comprehendant incurriſſe, itaut non abſque manifeſto ſcandalo vſque ad Capituli Generalis tempus tolerari poſſit; Dummodo tranſmiſſa ab ipſis notitia ſuper qualitate exceſſus P. Pręſidi, duobus Viſitatoribus propinquiorum Prouinciarum, & duobus Pręlatis item vicinioribus Monaſterio, de cuius Pręlato agitur, ex eorum literis ſententię ita conformes perſpiciantur, vt ex ſeptem Patribus quinque conſentiant, ſuſpendere vſque ad proximum futurum congreſſum; niſi opportunius remedium aliud eorum prudentia ſuggerat.

19 Poſſint inſuper omnes, & ſingulos Seniores, & Officiales Monaſterij ab eorum curis, & officijs ſuſpendere, & ſi neceſſarium duxerint, ab eorum Monaſterijs remouere. Caueant tamen ipſi Viſitatores ne inordinata affectione Prælatorum, & aliorum Monachorum vitia, vel exceſſus diſſimulent: ſeu inordinata paſſione, pluſquam, & vbi opus non fuerit, aliquem inculpent, ſeu reprehendant. Nam ſicut ordinatè, & cum prudentia factę Viſitationes ſunt cauſa obſeruantiæ Regularis, conſeruandæ que Religionis, munimenta; ita è contrario imprudenter, & inordinatè, ſiue cum paſſione factæ, ruinæ occaſionem præbent. Id circò, ſi quis Viſitatores in aliquo exceſſerint, ſciant ſe in Generali Capitulo puniendos.

20 Planè ea, quæ Viſitatores repererint in ſuis Viſitationibus

tationibus alicuius ponderis, ſeu notatu digna, aut quæ ipſi expedire nequiuerint, redigant in folio, Diſfinitoribus tempore Capituli Generalis referenda, vt ea poſſint, prout iuſtitia dictabit, terminare.

21 Statuentes, quod ſi quis Viſitatorum aliquo interueniente impedimento ad Capitulum Generale minimè venire poterit, per literas ſignificare teneatur ea, quæ grauia, & digna relatione videbuntur, quæque ipſe iudicauerit expedire, prout dictum eſt prim. parte Conſtit. cap. 2. num. 3.

22 Sed quia comperimus apud pleroſque Prælatorum, & aliorum Monachorum noſtrorum vileſcere Viſitatorum Congregationis auctoritatem in dedecus huius officij, & maximam perniciem diſciplinæ, & obſeruantiæ Regularis, ideo præſenti ordinatione ſtatuimus, vt de cęterò Patres Viſitatores auctoritate Priuilegiorum noſtrorum, & ordinationum (quæ maxima eſt) muniti viriliter, & impigrè exequantur officium ſuum; corrigenda corrigant; mutandos mutent; ſuſpendendos ſuſpendant; & quę leuiora ſunt, per verbum monemus, ſeu hortamur: quę verò grauiora, vel quę expedit in poſterum obſeruari per verbum imponimus, ſeu mandamus, & ordinamus; annotata ſingula digerant in libello, quem ſecum deferant ad Capitulum à Cancellario inter alia acta Patrum Capituli, vel Regiminis referenda, vt Præſidens, & Diffinitores per ſingula Monaſteria examinare, & inquirere poſſint, vtrum per eos ordinata, Pręlati, Cellerarij, & cęteri ſeruauerint. Quod ſi reperti fuerint pręfatis Viſitatoribus inobedientes, ſeu

eorum,

eorum, quę ab illis ordinata fuerint, tranſgreſſores, nouerint ſe pro qualitate exceſſus, & inobedientię puniendos. Ipſi verò Patres Viſitatores Dei ſemper timorem, & communem profectum prę oculis habentes, ita circumſpectè, grauiter, & religioſe ſe habeant, & non ſolùm verbis, ſed etiam factis ędificent viſitatos, vt meritò perſonis eorum reuerentia, & obedientia, quę debetur officio, poſſit impendi; & ipſi meminerint officij ſui, Patribus Diffinitoribus rationem exactiſſimam reddituros. In quorum Diffinitorum manibus Viſitatores iurent de ſecretis tenendis ijs omnibus, quę in Viſitationibus accipient, prędiudicium alicuius perſonę continentia. Quod ſi contigerit ambos Viſitatores in Capitulo ad pręſtandum dictum iuramentum non reperiri, ille qui abeſt, priuſquam viſitationes incipiantur, curet in manibus ſui Conuiſitatoris. Et idem intelligendum erit, ſi abſente ſocio, vnus Viſitator Conuiſitatorem ſibi elegerit.

23 Si quis vero ex ipſis aliquid eorum, quę in Viſitatione acceperit, quæ ſint alicuius momenti, vel inde ſcandalum oriatur, aut Monachum, qui aliquid depoſuerit, contra eius voluntatem reuelauerit: ad idem officium per ſequens quadriennium continuum aſſumi non valent; & inſuper à Diffinitoribus pro qualitate exceſſus ſeuerè puniatur. Pręlati vero, & alij Superiores nullo pacto ſint curioſi ad quærendum, quis contra eos aliquid dixerit, vel depoſuerit, grauiter & ipſi, ſi contrafecerint, puniendi.

24 Vltimò conuocent in Capitulo Prælątum cum cęteris Monachis, quos breuiter exhortentur ad

mutuam

mutuam charitatem, & pacem, nec non obedientiam, & reuerentiam Prælato &c. vt ſupra. Et ſi quid voluerint monere, vel corrigere, id faciant cum omni humanitate, & charitate, & valefacientes pro ſe orari petant, & data pace diſcedant.

25 Licentiæ verò datæ à prædictis nullius ſint valoris, & momenti, nec eis vlla fides adhibeatur, niſi ſint inſcriptis cum affixione Sigilli Pax, vt in declaratione Capituli de ordine Congregationis plenius continetur. Prædicta autem Decreta, & Scripturas omnes ad Viſitationes pertinentes, à ſe ſubſcriptas conſignent Viſitatores Cancellario, quæ omnia regiſtret, vt ſupra prima Parte Conſtitut. cap. 13. num. 6. ſtatutum eſt. Sed vt ſecretum fideliter omninò ſeruetur circa ea quæ in examine Viſitationum deponuntur, volumus, quod illarum acta Viſitatores apud ſe durante eorum Officio cautè cuſtodiant; quo peracto in Archiuio Monaſterij, in quo celebrabitur immediatè ſubſequens Capitulum, reponantur, collocando in Arca, cuius Clauis ſemper apud Præſidem pro tempore ſtet; vt in Declarat. cap. 32. num. 8. Decreta vero omnia pro ſingulis Monaſterijs confecta, in folio deſcribent, vt poſſint ſuccedentibus Viſitatoribus tradi, vt valeant inquirere, an fuerint executioni demandata.

De Amotione, & Electione Præſidentis, Viſitatorum, & aliorum Prælatorum, extra tempus Capituli Generalis, & de Dieta, ſiue Congregatione intra biennium conuocanda.

CAP. III.

1 SI Præſidens, aut aliquis Viſitator (quod Deus auertat) manifeſtus, & voluntarius præuaricator, criminoſus, ac contemptor Sanctæ Regulæ, aut Conſtitutionum noſtræ Congregationis, aut adeo negligens, & remiſſus repertus fuerit, quod ipſius præuaricatione, vel negligentia, Religionis, & bonorum operum, aut obſeruantiæ Regularis diſſolutio, ſeu ſcandalum inducatur: moneatur vſque quater à Viſitatoribus, vt ſe corrigat; & ſi ſe non emendauerit, moneatur, vt cedat officio, ſi verò cedere recuſauerit clareſcentibus culpis aſſumant ſecum præfati Viſitatores quinque Patres viciniores Præſidenti, ſi ipſe fuerit Præſidens, vel duos tantùm ſi ipſe fuerit Viſitator, quorum iudicio, ſi duæ partes conſenſerint, & periculum eſſet expectare vſque ad Capitulum, cauſa cognita, ab officio abſoluatur.

2 Quia verò vacante huiuſmodi Præſidentatus Officio, ex Priuilegijs Apoſtolicis, ſine auctoritate Præſidentis, nulla prouiſio fieri poteſt: ordinamus quod quandocunque, & quomodocunque Officium Præſidentis vacare contigerit, antiquior Viſitator, ſiue

ille

ille ſit ex Prouincijs citrà, vel vltrà, ipſo facto remaneat, & ſit Pręſidens; omniaque peragere poſſit, & omnem habeat auctoritatem, ac ſi in Capitulo Generali Pręſidens electus fuiſſet; cęteris in anterioribus Conſtitutionibus contentis in ſuo robore permanentibus. Ob nimiam verò locorum diſtantiam, ne propter hoc Congregationi diſpendium aliquod generetur, eo caſu, quo Pręſidentia Viſitatori Siculo vt potè antiquiori contingat, volumus quod expenſis Prouincię Siculę in aliquo Monaſterio Prouinciarum illarum Italię in quibus Anteceſſor reſidere tenebatur, permanere debet. Et ſimiliter propter eaſdemmet cauſas, ad Dietam, quę altero quoque anno celebranda eſt, vt infrà num. 5. decernimus quod vnus tantùm ex Sicilię Viſitatoribus, prout per Diffinitores in Capitulo determinatum fuerit, venire poſſit.

3 Viſitator autem, ſi ob aliquam ex prędictis cauſis amotus fuerit, conſentientibus Pręſidente, & cęteris Viſitatoribus, vel maiori parte ipſorum, ac duobus Pręlatis, ad hoc, vt ſupra in num. primo vocatis, alius in eadem Prouincia eligatur.

4 Decedente vero aliquo Pręlato, adminiſtratio tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, ſit ipſo facto, & eſſe intelligatur apud Priorem Clauſtralem; cui tamen mandamus, vt omnem adhibeat ſolicitudinem (grauiùs ſi negligens fuerit puniendus) quò huiuſmodi vacatio celeriùs nota fiat Pręſidenti, aut (ſi is vnde Monaſterium vacare contingerit Pręſidens fuerit) antiquiori Viſitatori vt ſupra. Qui ſi forſan ob rationabiles cauſas expediens illi videbitur, poterit

Monaſterio ſic vacanti, de conſenſu tamen Viſitatorum eiuſdem Monaſterij, deputare aliquem Prælatum in Adminiſtratorem vſque ad proximam Congregationem, quę habebitur, vel per Capitulum, vel per Dietam. Hoc ſtatuentes, quod ſi talis adminiſtrationis tempus vltra ſex menſes protrahatur, debeat reputari ac ſi eſſet integer annus connumerandus cum pręſcriptis, tum Regimini Prælatorum vnius Monaſterij, tum vacationi ab eodem Monaſterio. Prima Parte Conſtit. cap. 21. num. pr.

5 Porrò, vt opportunè Monaſterijs omnibus prouideri, & negotijs occurrentibus ſatisfieri queat, decernimus, quod elapſo à Comitijs generalibus anno, videlicet Dominica tertia poſt Paſcha Reſurrectionis, in aliquo Monaſterio commodo, Præſidens pro celebranda Dieta Regimen congregare debeat: Inhibentes, ne vel alio tempore, vel ſimilem aliam Regiminis vnionem conuocare poſſit, niſi id maximè neceſſarium eſſe idemmet Præſidens, & quatuor ſaltem Viſitatores iudicauerint.

6 Aduertant tamen quod Prælati, qui conueniunt in Dietam, ſint diuerſorum Monaſteriorum Profeſſi, itaut duo eiuſdem Monaſterij Profeſſi dictę Congregationi intereſſe non poſſint, & non ſint niſi ſeptem, computatis omnibus, vt totum Regimen repręſentent: nempe Præſidens, Viſitator ille Siciliæ, quem venire poſſe Diffinitores decreuerint, alij quattuor Viſitatores, Prælatus loci, niſi vt comprofeſſus alicuius ex ſupradictis, excludi debeat; quo caſu, ac etiam alijs Viſitatoribus non accedentibus, per alios Prælatos

vici-

viciniorum Monaſteriorum numerus abſentium ſuppleatur; Ibique in omnibus expediendis, & quæ tractari contigerit, niſi ex ſeptem quinque conſentiant, nihil concluſum cenſeatur; excepto ſi (quod Deus auertat) Præſidentem, aut Viſitatorem intra biēnium ammoueri neceſſe fuerit, in quo caſu ordinatio quæ ſupra num. prim. poſita eſt, ſeruabitur. Vt autem electio ſit libera, & legitima, poſſint Patres conuocati pro Monaſteriorum vacantium vtiliori regimine in Prælatos, quos ſibi placuerit; ſicut, & in Priores vacante tali gradu, dummodo ſint habiles, nominare. Quibus in ſchedulam redactis, votis comittantur omnes ſecundum profeſſionis ordinem; & qui plures voces habuerit, dummodo quinque ex ſeptum Congregatorum Patrum in eum conuenerint, cæteris præferatur. Pro Decanijs vacantibus nulla in Dieta faciēnda erit prouiſio: facultatem enim promouendi ad Decanatum Capitulo Generali reſeruamus. In vocum autem paritate, profeſſione Superior præponatur, & non ſolum in prædictis, ſed etiam in quibuſcumque alijs, de quibus per Patrem Præſidentem, in Congregatione aliqua tractari contigerit, teneatur ipſe Præſidens, & debeat quæcumque proponere, ſuper quibus ab aliquo congregatorum Patrum fuerit requiſitus.

7 Si vero contingat, vt in huiuſmodi prouiſionibus aliquis Prælatus, eius exigentibus culpis, deponi, ſuſpendi, vel contra eius voluntatem mutari debeat, id niſi cauſa cognita, ſeruatoque iuris ordine, in Dieta fieri inhibemus. Quod idem volumus obſeruari vbi

procedendum ſit ad depoſitionẽ Priorum, illorum tamen mutationes, prout occaſio exiget, prudenti arbitrio Patrum Regiminis relinquimus. Ne autem inferendo huiuſmodi iudicium, ex inordinata animi propenſione erga proprium commodum à recto iuſtitiæ tramite deuietur: diſtrictè præcipimus, vt nullus ex Patribus in Dieta congregatis ad regimen illius Monaſterij, quod tunc pro cauſis prædictis vacare contigerit, neque in Prælatum, neque in Adminiſtratorum deputati poſſit. Si verò per mortem, vel propter expletum ſexennium, aut per voluntariam alicuius Prælati petitionem, vt à Regimine abſoluatur, vel ad aliud Monaſterium mutetur, vacatio occurrerit: tunc in Monaſterio ſic vacante poterunt Patres prædicti quem maluerint, & idoneum iudicauerint, tam ex eiſdem in Dieta congregatis, quam ex alijs Prælatis extra, prout eorum conſcientiæ videbitur expedire, ſeruata tamen quantum fieri poteſt diſtributiua iuſtitia, in Prælatum deputare. Si quæ in prædictis caſibus contra huius Conſtitutiones formam de cæterò fieri contingant, nulla, ac irrita eſſe decernimus, & declaramus.

8 Nullus autem Prælatus, ſiue Prior, aut Decanus, vel aliquis ex Monachis præſumat huius Congregationis tempore ad Monaſterium, in quo celebratur Dieta, vel ad loca circumuicina accedere non vocatus, ſub pœnis cuilibet ipſorum, ſi acceſſerint, in prima parte cap. 2. num. 5. taxatis.

9 Ne verò ex huiuſmodi vacationibus diſpendium aliquod Monaſterijs noſtris præſertim in ſpiritualibus

eueni-

euenire queat, ſtatuimus, vt de cæterò in locis ſic vacantibus, qui vices Prę̨lati gerunt, in ipſis Monaſterijs auctoritatem habeant in ſpiritualibus, ac temporibus, quam dum viueret, aut præſens erat, ipſe Prælatus habebat. Idem quoque cenſemus, cum Prælati ad Capitulum Generale acceſſerint: quam auctoritatem in prędictis tantum duobus caſibus, vices Prę̨latorum gerentes habere volumus, vſque ad acceſſum inſtituendi Prę̨lati ad Monaſterium, vel iam inſtituti nouam diſpoſitionem, etiam ſi talis viceſgeres interea mutatus fuerit. Sed ne ipſi Prælati, ne quando propter eorum abſentiam Monaſteria, maxime in ſpiritualibus, detrimenta, incurrant, conſtitutis in Monaſterijs ſuis Officialibus, videlicet Prioribus Clauſtralibus, qua fungi velint auctoritate, ſi eos abbeſſe contingat, ſuper caſibus reſeruatis erga Religioſos, & reliqua ſicut opportunum fuerit, declarent.

10 Cellerarij, & alij qui temporalia adminiſtrant, prædictis temporibus ad ipſos, vt præmiſimus, vicem Prælatorum gerentes, recurrant, & obedientes ſint: conſilioque, & voluntate eorum cuncta faciant, & diſponant.

11 Ordinamus autem, quod Prælati ad pacem conſeruandam inter ſuos Miniſtros, ante receſſum, omnia ita ordinent, & diſponant, vt Prior, & Cellerarius ſciant quid agendum ſit in negotijs Monaſterij, & præcipuè in vendendis, & emendis rebus, & alijs.

Digitized by Google

De Monachorum, & aliorum Religioſorum Mutatione.

C A P. I V.

1 SICVT Prælatorum, ita, & Monachorum noſtræ Congregationis diſcreta mutatio plerumquè vtilis, & neceſſaria eſt, attenta præſertim vniuerſali vnitate totius corporis Congregationis; fit enim, vt cum de Monaſterio ad Monaſterium traſferuntur, charitas plurimum augeatur, & affectio communior fiat; Dum multa Monaſteria vnum corpus Congregationis eſſe, charitate hoc efficiente, experiuntur.

2 Si quando ergo etiam extra tempus Capituli Monachorum aliquem (ipſo etiam, vel Prælato ſuo inuito) Patres Regiminis ad aliud Monaſterium tranſferendum, & ad ibi commorandum mandauerint: eis omnino parendum cenſemus. Similiter ſi in Viſitatione, aut etiam poſt Viſitationem alicuius Monaſterij Viſitatores id agendum iudicauerint, volumus, vt eis obediatur, vt ſupra in proximè præcedenti Capitulo.

3 Si autem neceſſaria, & legitima cauſa ſubſiſtente, vt puta pro Monaſterio reformando, vel infirmitate ſuperueniente, vel propter imminens periculum, ſi citiùs mutatio aeris non ſuccurrat, aut pro vitando ſcandalo, & ſimilibus, Præſidens, & duo illius Monaſterij Viſitatores Monachum aliquem mutandum du-

xerint

xerint (etiam inuitis Prelatis, tàm mittente, quàm recipiente, ac etiam ipſo Monacho) eis obediendum mandamus. Vrgente verò cauſa arduę neceſſitatis, vel vbi periculum eſſet in mora, pręcipiente tantùm vno illius Monaſterij Viſitatore, omnino pareatur. Prędicta autem vſque ad Capitulum, vel Dietam obſeruari tantùm debeant; quo tempore, vel firmabitur, vel reuocabitur mutatio.

4 Vbi autem neceſſitas, aut manifeſta vtilitas requireret, poſſint Prelati inuicem tranſmittere Monachos, ac etiam ſtabilire, dummodo concorditer fiat; adiuncta tamen Pręſidentis licentia, vel Viſitatorum.

5 At ſi quis Monachus intra annum ex manifeſta cauſa periculi Animę, vel corporis mutari petierit, Viſitator ipſius Monaſterij habita informatione à Prelato ipſius Monachi, & ſi commodè fieri poterit, etiam Seniorum, & Medici, vbi de corporis periculo agitur (ſi vera eſſe expoſita repererit, & neceſſarium eſſe iudicauerit) Monachi petitioni annuat, illique prouideat de Monaſterio idoneo, cuius iudicio omnino parendum erit.

6 Si autem prędictę cauſę non aderint; ne occaſio detur ſponte vagandi (maximè ſi importunè, aut cum ſcandalo aliorum Monachorum, ſeù Monaſteriorum impedimento licentia requiratur; quia tunc huiuſmodi mutatio, tàm ipſis Monachis, quàm Monaſterijs, experientia magiſtra, vt plurimùm noſcitur eſſe damnoſa, ei licentia minimè concedatur) Quod ſi petere pertinaciter perſeuerauerit, & ſua importunitate eam extorquere voluerit, non ei annuatur, ſed grauiter puniatur.

De

Digitized by Google

De expenſis faciendis in mutationibus Monachorum.

CAP. V.

1 IN expenſis faciendis circa mutationes Monachorum, declaramus quod Monaſteria, à quibus recedunt mutati, ad omnes teneri debeant expenſas, vt ſupradictum eſt in Declaratorio Regulę Cap. 60.

2 Si verò aliquis propter grauem infirmitatem mitteretur de Monaſterio ad Monaſterium, vel (quod Deus auertat) ſi contingeret aliquem Monachum adeo eſſe incorrigibilem, & ſcandaloſum vt in proprio Monaſterio propter ſcandalum, aut legitimam cauſam in domo cuſtodię detrudi, ſeu puniri non poſſit, ſed in alio Monaſterio eſſet carceri mancipandus, in his caſibus Monaſterium, ex quo mittitur, vltra expenſas itineris, prouideat Monaſterio, ad quod eſt miſſus, etiam de alijs illi Monacho neceſſarijs; cenſemus enim ſufficere quod Monaſterium ad quod tales, vt pręmittitur infirmi, & ſcandaloſi mittuntur, ipſorum in commoditate grauetur, abſque hoc quod etiam eis de neceſſarijs prouideat.

De Monaſterijs nouiter acceptandis.

CAP. VI.

1 NE facilitate qualibet, ſed maturè, & circumſpectè in acceptandis Monaſterijs procedatur, volumus, quod Capitulum Generale (ad quod ſolùm huiuſmodi acceptationes pertinere decernimus) primo attendat, cum de acceptando Monaſterio aliquo tractatur, an Monaſteria Congregationis abundent Patribus, qui deputari poſſint reformationi Monaſterij nouiter acceptandi. Qui ſi reperti fuerint, mittantur duo graues, & experti Patres ad videndum præfatum Monaſterium, & inquirendum ſi habet conditiones, quæ requiruntur ad Regularem obſeruantiam, videlicet, quod ſit in bono aere, & ſitu ſpatioſo, ſolitario, & non tumultuoſo: & ſi in Ciuitate, vel extra Ciuitatem prope milliare, vel circa: ſi non inquietetur bellorum tumultibus: nec grauentur Monachi ex itineris longitudine, & in loco, vbi non poſſint fieri turres, & propugnacula: ſi ſit ſine cura animarum: & habeat officinas vtiles, & neceſſarias ad Regularem obſeruantiam, vel quod facile reduci poſſit: ſi habeat Libros, vel Paramenta, vel Calices, & cætera neceſſaria ad Diuinum Cultum: ſi habeat poſſeſſiones, ſiue redditus pecuniarum in loco tuto, & pacifico, quæ ſufficiant pro ſexdecim ſaltem Perſonis, & alijs Monaſterij oneribus portandis. Quod non ſit ære alieno grauatum, & ſi quæ ſunt huiuſmodi.

Quæ

Digitized by Google

Quæ omnia diligenter diſcuſſa fideliter referant Capitulo, ſiue Regimini, aut aliter, prout Capitulum decreuerit. Quod ſi omnibus ſupradictis conditionibus (quas pro maiori parte præfatum Monaſterium habere volumus) conſideratis: ac etiam ſi Monaſterium ſit in Ciuitate pacifica, vbi veriſimiliter ſperatur Animarum fructus, decreuerint acceptandum: non prius mittantur Monachi ad dictum Monaſterium, quam vnitum fuerit Congregationi per Bullas Apoſtolicas, & niſi Officinæ, & Manſiones Religioſorum antea fuerint competenter reparatæ.

2 Aut ſi contigerit tale Monaſterium habere Abbatem, ſeu Commendatarium, qui nollet vllo titulo renunciare, tunc eo caſu poterunt fieri pacta, & conuentiones per ceſſum, vel deceſſum cum Prælato prædicto, prout melius, & vtilius pro Congregatione videbitur expedire: Quæ in publicam formam redacta, eo ipſo confirmationis Apoſtolicę ſunt robore ſuffulta, vt per Priuilegia Sanctæ Mem. Eugenij Papæ Quarti ſub dat. 1432. Nono Kal. Decembris. §. *Adijcientes*; Et Alexandri Sexti ſub dat. 1501. Kal. Aprilis. §. *Ac etiam Præſidentem*; quæ Priuilegia inſpiciantur. Quo facto prouideant de Prælato, Senioribus, & ſufficienti Conuentu, iuxta conditionem Monaſterij; ita vt ipſe Prælatus, Seniores, Conuentuſque ſint omnino Perſonæ exemplares, & ſecularibus ædificationis; vt ſic augeatur omnium affectus, & deuotio erga Congregationem noſtram. Et qui ad hæc Monaſteria deputati ſunt, eo ipſo teneantur ad ſuam obedientiam ſe transferre; ſecus deponantur, & vltra depoſitionem, inſuper grauiter puniantur. Quod

Quod ſi Capitulo Generali videbitur huiuſmodi reformatio intra biennium fieri debere, ipſam committant Regimini iuxtà prædictam formam. Quoties autem intra biennium tractandum eſſet de reformatione alicuius Monaſterij, eo quod periculoſa eſſet dilatio vſque ad Capituli tempus, habeatur recurſus ad Præſidentem; qui ſi vnà cum Viſitatoribus, & alijs Prælatis, vt ſupra in Cap. 3. de Amotione Præſidentis, de communi conſenſu iudicauerint huiuſmodi acceptationem eſſe vtilem, & neceſſariam noſtræ Congregationi, mittant duos idoneos Patres ad inquirendum de Monaſterij conditionibus, iuxta omnia prædicta, & referant Capitulo proximè futuro, ſi differri poterit. Si autem periculum eſſet in mora, vt prædictum eſt, tunc per ipſos dictos Patres Monaſterium acceptetur, maximè ſi tale eſſet, cuius reformatio cederet euidenter in magnum Congregationis commodum, & augmentum. Aduertant tamen Regimen, & Patres mittendi ad inueſtigandas Monaſterij conditiones, ne aliquid promittant, aut ſe ſe cuiquam obligent verbis; ſed omnia referant Capitulo, vel Regimini terminanda, vt ſupra.

4 Cæterum ſtrictiùs inhibemus, ne aliquod ex noſtræ Congregationis Monaſterijs dimittatur, aut ab ipſa Congregatione alienetur, niſi ex quattuor, tres partes omnium Patrum, qui habent vocem in Capitulo Generali, conſentiant. Hoc tamen non intelligimus fieri poſſe, niſi in caſu permutationis, ſcilicet ſi dimittatur vnum, vt in eadem Diœceſi aliud acceptetur.

Si

5 Si verò de aliquo Monaſterio Monialium ſub cura Congregationis, aut particularis Monaſterij noſtri acceptando tractabitur (quod quantum poſſibile erit, omnino eſt euitandum) niſi de conſenſu duarum partium Prælatorum totius Congregationis, qui in Capitulo Generali intererunt, etiam ad Viſitationem tantùm, acceptari non poſſit.

De Anniuerſarijs perpetuò celebrandis.

CAP. VII.

1 SE tantorum beneficiorum, gratiarum, ac priuilegiorum, quorum munimine Congregatio noſtra à fel. record. Eugenij Papæ Quarti non modo ſtabilita, verùm etiam plurimum augmenta exiſtit, videamur immemores, hac præſenti ordinatione ſtatuimus, vt per omnia noſtræ Congregationis Monaſteria præſentia, & futura ſingulis annis die 23. Februarij Anniuerſarium Conuentualiter pro eiuſdem Eugenij Summi Pontificis felici requie celebretur, & aliud conſimiliter die 19. Septembris pro Reu. P. Ludouico Barbo noſtræ Congregationis præcipuo directore.

2 Fiant prætereà annuatim tria Anniuerſaria conuentualiter, vnum pro omnibus noſtræ Congregationis, aliud pro Benefactoribus noſtris defunctis, tertium pro Benefactoribus viuis, dicendo Miſſam pro peccatis. Quæ Anniuerſaria celebrentur per Monaſteria noſtræ Congregationis, poſt primum diem Septem-

Septembris, diebus, quibus habilius celebrari poterunt.

3 Poſt feſtum verò omnium Sanctorum Monachorum prima die non impedita recitetur conuentualiter integrum Officium Defunctorum, & Miſſa item cantetur pro Defunctis noſtræ Congregationis.

Laudamus item piam eam conſuetudinem, quæ in aliquibus noſtris Monaſterijs iam habetur, ad cætera quoque Monaſteria extendi; vt ſcilicet ſingulo quoque anno aliqua die non impedita menſis Decembris conuentualiter recitetur integrum Officium Defunctorum, & ſimiliter cantetur Miſſa pro noſtris Religioſis in eodem Monaſterio Defunctis.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM

Secundæ Partis Conſtitutionum Congregationis Caſinenſis.

Cap.		Pag.
1	*DE Poteſtate Præſidis, & Viſitatorum.*	1
2	*Quomodo, & qualiter fieri debeant Viſitationes*	5
3	*De Amotione, & Electione Præſidentis, Viſitatorum, & aliorum Prælatorum extra tempus Capituli Generalis, & de Dieta, ſiue Congregatione intra biennium conuocanda.*	18
4	*De Monachorum, & aliorum Religioſorum mutatione.*	24
5	*De expenſis faciendis in mutationibus Monachorum.*	26
6	*De Monaſterijs nouiter acceptandis.*	27
7	*De Anniuerſarijs perpetuò celebrandis.*	30

Digitized by Google

INDEX RERVM.

QVÆ CONTINENTVR IN II. PARTE CONSTITVTIONVM

Congregationis Caſinenſis

Primæ Numerorum notæ indicant Paginam; Secundæ Capita; Tertiæ Paragraphos.

A

Abbas.

ABBATE Monaſterij defuncto quid debeat, præſtare Prior Clauſtralis. pag. 19. c. 3. § 4.

Abbates non poſſint in Dietis mutari, ſuſpendi, aut abſolui, niſi cauſa cognita. 21. 3. 7.

Abbates diſcedentes à Monaſterijs exprimant quam auctoritatem relinquunt ijs, quos ſubſtituunt. 22. 3. 9.

Poſſint ad inuicem Monachos tranſmittere, adiuncta Præſidentis, vel Viſitatorum facultate. 25. 4. 4.

Abſolutio Defunctorum.

Quando in viſitationibus facienda. 8. 2. 8.

Adminiſtratio.

Quandonam poſſit Præſidens deputare Adminiſtratorem Monaſterio vacanti, & quibus conditionibus. 19. 3. 4.

Tempus adminiſtrationis ſi excedat ſex menſes computatur annus Regiminis Monaſterij. 19. 3. 4.

Quæ auctoritas ſit penes Adminiſtratores Monaſteriorum. 22. 3. 9. e 10.

Anniuerſaria.

Quot, & quando in Congregatione facienda. 30. 7. 1. & ſeqq.

C

Cancellarius.

Debet decreta viſitationum regiſtrare. pag. 17. c. 2. § 25.

Caſus Reſeruati.

Præſidens ſemper, & Viſitatores

tores in actu Viſitationis poſſunt abſoluere noſtros à caſibus reſeruatis.4.1.13.

Curia Romana.

Qua facultates requirantur vt Abbates, vel Monachi poſſint accedere Romanam Curiam. 2. 1. 7.

D

Decani.

Super quibus à Viſitatoribus tempore viſitationis examinandi. 12. 2. 15.

Promouēdi ad Decaniam qualiter examinandi à Viſitatoribus. 12. 2. 15.

Dieta.

Quando, & vbi debeat congregari. 20. 3. 5.

Quibus perſonis conſtare poſſit Dieta & debeat.20.3 6.

Quot vota requirantur, vt aliquid in Dieta concluſum, vel aliquis electus ad gradus cenſeatur & quo ordine eligendi ſint votis committendi. 20. 3. 6.

In Dieta non poſſunt creari Decani, nec ad illam poſſunt accedere qui non vocantur. 20.3. 6. e 8.

*In Dieta non abſoluantur, aut ſuſpendantur Abbates, nec deponantur Priores, niſi ſeruato ordine iuris, poſſint tamen mutari Priores: non ſic Abbates ipſis inuitis niſi cauſa cognoſcatur.*21 3.7.

Quibus Monaſterijs præfici non debeant Patres in Dieta congregati. 22. 3.7.

*Dieta auctoritas in mutationibus Monachorum.*24.4.2.

E

Euchariſtiæ Sacramentum.

Quando à Viſitatoribus viſitandum pag. 8. c.2. §. 8.

Eugenius IV.

Quandonam pro illius ſalute in Monaſterijs noſtris ſit Anniuerſarium peragendū. 30. 7. 1.

I

Iuramentum.

Viſitatoribus præſtādum quod, & quando. 15. 2. 22.

L

Ludouicus Barbo.

Quando pro illius anima ſit perſoluendum anniuerſarium in Monaſterijs noſtræ Congregationis. 30.7.1.

Digitized by Google

M

Monaſteria.
Vt de nouo aliquod Monaſterium acceptetur in Congregatione quæ debeant ſeruari. pag 27. c. 6. §. 1. 2. 3.
Quæ conditiones requirantur vt aliquod Monaſterium ex noſtris alienetur. 29. 6. 4
Monaſteria Monialium non acceptanda niſi prauio conſenſu duarum partium Prælatorum congregatorum in Capitulo Generali. 30. 6. 5.

Moniales.
Qui conſenſus requiratur vt poſſit acceptari Monaſterium Monialium. 30. 6. 5.

Mutationes Monachorum.
Quando, & quomodo fieri poſſint, & quando deneganda. 24. 4. 2. *& ſeq.*
Expenſæ mutationum Monachorum ſpectant ad Monaſteria, à quibus recedunt mutati. 26. 5. 1.
Scandaloſi, & Infirmi, qui mittuntur ad alia Monaſteria, nutriantur, & recipiant omnia neceſſaria expenſis Monaſteriorum, à quibus mittuntur. 26. 5. 2.

P

Præſidens Regiminis.
Præſidentis Regiminis præeminentia, & quæ ſigna ab ipſo facienda. pag. 1. c. 1. §. 1
Sigillum magnum Congregationis & Regiſtum Capituli ſint apud ipſum, & ipſo inconſulto non extrahantur ab Archiuijs Scripturæ Congregationis. 1. 1. 2.
Ad ipſum pertinet exequi ordinata per Capitulum, & recognoſcere ea, quæ intra bienniũ occurrerint in Congregatione atq; ijs cum Viſitatoribus, vno, vel pluribus prouidere. 1. 1. 3. c 4.
In rerum diſpoſitione agat ſecundum Dei timorem. aliàs puniatur à Diffinitoribus ſequentis Capituli, & præcipuè caueat à munerum acceptatione. 2. 1. 5. c 20.
Qui conſenſus requiratur, vt poſſit accedere ad Curiam Romanam. 2. 1. 6.
Quæ, & quomodo poſſit viſitare Monaſteria. 2. 1. 8.
Quæ debeat ſeruare in Monachorum mutationibus. 3. 1. 9. 10. & 11.
Poteſt concedere facultatem vt admittatur Nouitij ad Profeſſionem. 3. 1. 11.

Poteſt

Poteſt lites, & cauſas inter Noſtros ſummariè terminare, & omnes noſtros Religioſos à caſibus reſeruatis abſoluere. 3. 1. 12. & 13.
Habeat Sigillum Pax, & literæ hoc Sigillo ſignatæ ab ijs ſolum aperiantur, ad quos diriguntur. 4. 1. 16. & 17.
Quomodo poſſit ordinata per Capitulum ſuſpendere, noua decernere, & quandiu duratura. 4. 1. 18. & 19.
Qua ratione abſoluendus ab Officio ſi parum idoneus aut criminoſus reperiretur. 18. 3. 1.
Vacante Præſidentatus officio antiquior Viſitator ipſo facto ſit Præſidens. 18. 3. 2.
Viſitator Siculus, ſi euadat Præſidens, vbi debeat commorari, & cuius expenſis. 18. 3. 2.
Præſidens in Dieta proponat omnia, ſuper quibus fuerit à Congregatis requiſitus. 20. 3. 6.
Præſidentis auctoritas in mutationibus Monachorum. 24. 4. 3.

Prior Clauſtralis.

Quæ debeat admonere è vita decedente Prælato Monaſterij & quæ auctoritas interim apud ipſum remaneat. 19. 3. 4.
Poſſunt in Dietis mutari, non tamen deponi, niſi cauſa cognita. 21. 3. 7.

R

Roma.

Vide Curia Romana.

S

Scripturæ.

Congregationis Scripturæ non extrahantur ab Archiuijs ſine facultate Præſidentis. 1. 1. 2.

Sigilla.

Magnum Congregationis Sigillum ſit apud Præſidentem. 1. 1. 2.
Quæ Sigilla à Viſitatoribus tenenda, & à quibus aperienda literæ ijſdem Sigillis notatæ. 4. 1. 16. & 17.

V

Viſitationes.

Quoties, & intra quod tempus ſint facienda, & quid agendum impedito legitimè vno, vel ambobus Viſitatoribus. pag. 5. c. 2. ſ. 1.
Quæ præſtanda in principio viſitationis Monaſteriorũ, quæ exhortationes facienda, & qua ſerie cætera in vi-

viſitationibus ſint explenda, 6. 2. 4. & ſequ.
In loco Audientiæ Viſitatorum tempore viſitationis ornamenta non ponantur.6.2.3.
Circa quæ, & quo ordine examinentur Abbates, & cæteri à Viſitatoribus. 8. 2. 8. & ſequ.
Tempore viſitationis falſa alicui apud Viſitatores imponens quomodo puniatur. 7. 2.7.
Res maioris ponderis in viſitationibus à Viſitatoribus inuentæ ſignificêtur in proximo Capitulo Diffinitoribus, vel immediatè, vel mediatè per literas. 14. 2. 20. e 21.
Decreta, & Scripturæ viſitationum ſunt Cancellario à Viſitatoribus conſignandæ. 17. 2. 25.
Acta viſitationum, quomodo, & vbi cuſtodienda.17.2 25

Viſitatores.

Cum Præſidente prouideant occurrentibus intra bienniũ 1. 1. 3. & 4.
Quæ facultas requiratur vt Viſitatores poſſint accedere ad Curiam Romanam 2 1.7
Quæ ſeruare debeant in mutationibus Monachorum 3. 1.9. 10. e 11.
Poſſunt in actu viſitationis lites inter noſtros ſummariè terminare & omnes noſtros Religioſos à caſibus reſeruatis abſoluere. 3. 1. 12. e 13.
Cum Præſidente totam repræſentant Congregationem & poſſunt in actu viſitationis quemcunque Monachũ corrigere, quin et cuſtodiæ tradere. 4. 1. 14 & 15.
Habeant Sigillum Pax. & Literæ hoc Sigillo ſignatæ ab ijs ſolum aperiantur, ad quos diriguntur. 4. 1. 16. 17
Quomodo poſſint ordinata per Capitulum ſuſpendere noua determinare, & quandiu duratura. 4. 1. 18. e 19.
Caueant à munerum acceptationibus. 5. 1. 20.
Non poſſint viſitare Monaſteria, quibus biennio antecedenti præfuerunt. 2. 1. 8.
Vt aliquis eligatur Viſitator actu, ſit ſaltem Dec. Regiminis, & electus ſemper ſtet poſt Viſitatorem officio. 5. 2. 1. e 2.
Super quibus examinare, & inquirere debeant tempore viſitationis. 8. 2. 8. & ſeq.
Qualiter poſſint ſuſpendere Prælatos, & cæteros Officiales delinquentes. 14. 2. 18. & 19.
Nota digna ferant ad Capitulum

lum Generale, & non potentes venire ad Capitulum eadem per literas ſignificent Diffinitoribus 14.2.20.e 21

Quanta ſit Viſitatorum auctoritas, & qua pœna afficiantur inobedientes ijs. 15. 2. 22.

Quod iuramentum, & quomodo debeant præſtare in manibus Diffinitorum, vel ſui Conuiſitatoris. 15. 2 22.

Qua pœna plectendi ſint, ſi reuelent accepta in Viſitationibus. 16. 2. 23.

Quæ exhortationes faciendæ à Viſitatoribus completis viſitationibus. 16 2 24.

Signent Sigillo Pax licentias, quas concedunt, alioquin fides ijs non præſtetur. 17. 2. 25.

Viſitator criminoſus quomodo ab officio abſoluendus, & qua ratione alter in locum illius ſubrogandus. 18. 3. 1. e 3.

Viſitator antiquior decedente, vel abſoluto Præſidente, eſt Præſidens. 18. 3 2.

Viſitator Siculus ſi euadat Præſidens vbi, & cuius expenſis debeat degere. 18 3 2.

Ex Viſitatoribus Siculis vnicus arbitrio Diffinitorij veniat ad Dietam. 18. 3. 2.

Viſitatorum auctoritas in mutandis Monachis. 18. 3. 2. *& ſeq.*

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIVILEGIVM

Clementis Papæ Decimi de Capitulo Biennali, & Procuratore Generali.

CLEMENS PAPA X.

Ad Perpetuam Rei Memoriam.

EX iniuncti nobis diuinitus paſtoralis officij debito illa, quæ à Congregationibus Religioſorum Virorum Altiſſimi obſequijs ſub ſuaui vitæ monaſticæ Iugo mancipatorum pro felici earum regimine, & gubernio prouidè facta eſſe noſcuntur, vt firma ſemper, atque inuiolabilia perſiſtant libenter cum id à nobis petitur Apoſtolici muniminis noſtri Præſidio roboramus. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit di-

lectus

Digitized by Google

lectus filius Procurator Generalis Congregationis Caſſineñ. Ordinis Sancti Benedicti, quod in Capitulo Generali dictæ Congregationis menſe Maio proximè præterito Mantuæ celebrato, edita, & facta fuerunt nonnulla Decreta, & ordinationes, ſeù conditiones, tenoris qui ſequitur videlicet: Primo. Cum à Patribus Capituli Generalis celebrati in Monaſterio Sancti Benedicti de Mantua vnanimi conſenſu ſancitum ſit, vt ad euitandas expenſas, ac itinerum incommoda, Capitulum generale, quod à Conſtitutionibus noſtris ſingulis annis celebrandum mandatur, in poſterum altero quoque anno ad mentem fel: record: Alexandri PP. VII. cogi debeat: Idcircò quo prçfato Patrum Decreto maius robur accedat Patri Procuratori generali iniungimus, vt cum primum Romam acceſſerit à S. D. N. eiuſdem Decreti confirmationem per Breue ſpeciale impetrare ſolertèr ſtudeat: Secundo. Et quoniam Eminentiſſimi Cardinalis Protector præuio Sanctiſſimi D. N. Beneplacito facultatem Patribus Capituli Generalis conceſſit, vt pro ſuo arbitrio idem Capitulum pro hac vice tantum ad Procuratoris generalis munus vnum ex Abbatibus Regiminis eligere poſſet: cognoſcentes Patres ſummoperè Congregationi expedire, vt hoc ipſum in perpetuum (ſub certis tamen conditionibus, ac limitationibus inferius exprimendis) inuiolatæ executioni demandetur: Omnes vnanimitèr decreuerunt, quod in futurum ad prçdictum Procuratoris generalis officium non niſi vnus ex Abbatibus Regiminis (prout ab alijs nouem Congregationibus Monaſticis ſeruatur) aſſu-

mi

mi poſſit. Propterea prædicto Patri Procuratori generali mandamus, vt huiuſcè Decreti confirmationem per Breue ſpeciale à Sanctiſſimo D. N. ſtudeat impetrare. Conditiones ſeruandæ circa electionem, & adminiſtrationem officij Procuratoris Generalis, Si Sanctiſſimo D. N. placuerit, quod Procurator Generalis ex Abbatibus de Regimine eligatur: Primo. Procurator generalis ſit alius Abbas ab Abbate Sancti Pauli de Vrbe inter quos ſeruandum mandamus Prouinciarum alternatiuam perindè ac ad prædictum Procuratoris Generalis officium vnus ex Prioribus clauſtralibus promoueretur; Secundo Idem Procurator in quolibet generali Capitulo Secretis Patrum calculis exponi debeat, ac per ſecreta Abbatum ſuffragia confirmari, prout in Conſtitutionibus: Tertio. Ad officium Procuratoris generalis nullus aſſumatur, qui per integrum biennium Abbas de Regimine non fuerit: Et quo vſque in officio Procuratoris generalis permanſerit eligi non in Diffinitorem, nec in Viſitatorem, nec vllo modo ad Dietam celebrandam admitti valeat: Quarto. Eligatur dictus Procurator per ſecreta omnium Abbatum, qui Generali Capitulo intererunt ſuffragia, eo prorſus modo, eaque forma, quibus Diffinitores eliguntur; ita vt quilibet Abbas prædicti officij capax ſigillatim totius Capituli ſcrutinio ſubiaceat: Quinto. Procurator in eo Capitulo generali, in quo Procuratoris officium expleuerit, aut ab eo ſe abdicauerit, vel quoquo modo abſolutus fuerit, ad Diffinitoris, atque Viſitatoris munus aſſumi non poſſit, neque eligi in Abbatem, ſiue Admini-

Digitized by Google

ſtratorem Sancti Pauli de Vrbe. Quemadmodum firmitèr ſtatuimus, quod Abbas Sancti Pauli immediatè poſtquàm prædictæ Abbatiæ Regimen reliquerit nullo pacto in Procuratorem generalem eligi poſſit: Sexto: Durante Procuratoris generalis officio, ipſe Procurator nullam Abbatiam de Regimine adminiſtret, ſed Titulari tantùm Abbatia ſit inſignitus. Septimo. Præſidens Generalis, & Procurator in Curiâ non poſſint eſſe vnius, & eiuſdem Monaſterij Profeſſi; Nec duo Abbates eiuſdem Monaſterij Profeſſi poſſint immediatè vnus poſt alium ad Procuratoris officium promoueri: Octauo. Quanto tempore, quis Procuratoris officio functus fuerit, tanto etiam ab ipſo ceſſare debeat, vt iterum ad idem munus aſſumi poſſit. Nono. Siuè ob mortem, ſiuè ab alias cauſas quis ab officio Generalis Procuratoris vacauerit, aut amotus fuerit; eius vices exequatur Abbas Sancti Pauli vſque ad proximum Capitulum Generale, Inuiolato tamèn perſeuerante ſtatuto, quod Abbas Sancti Pauli de Vrbe ad Procuratoris officium eligi nequeat: Decimo. Procurator Generalis more ſolito Iuramentum in manibus Diffinitorum præſtet, quod nullas diſpenſationes ad gradus, dignitates, officia, aliaquè noſtris Conſtitutionibus repugnantia, tàm pro ſe, quàm pro alijs quibuſcumque noſtris Religioſis cuiuſcumque conditionis fuerint impetrabit, aut impetrare, ſiuè obtinere tentabit: Quod ſi contigerit ad prædictum Procuratoris officium eligi Abbatem à Capitulo generali abſentem hoc ipſum Iuramentum cum primum Romam peruenerit

Digitized by Google

uenerit infra octo dierum terminum in manibus Abbatis Sancti Pauli præſtare, & de huius Decreti executione P. Præſidem certiorem facere teneatur, Vndecimo. Bis in anno Procurator Generalis rationem dati, & accepti Abbatibus Sancti Pauli de Vrbe, ac S. Mariæ de Farfa, & computa in ſciptis reddere, & exhibere teneatur cum aſſiſtentia vnius Computatoris à Diffinitorio deſignandi. Quod ſi hoc exequi neglexerit grauiter in ipſum à Capitulo generali, vel Dieta animaduertendum eſſe mandamus: Duodecimo. Cum Patres Viſitatores Monaſterium Sancti Pauli de Vrbe viſitabunt, Procurator generalis annua computa, ac dati, acceptiquè rationes ad Procuratoriam generalem pertinentes ipſis Viſitatoribus reddere teneatur; Libros verò, in quibus prædicta computa continentur ad Capitulum generale deferat, quo à Diffinitoribus diligenter examinari valeant: Decimotertio. Capſa Procuratoria penès Cōputatorem minimè ſit, ſed penes alium à Diffinitoribus deſignandum: Decimoquarto. Computator Congregationis nullam audeat pecuniæ ſummam expendere, aut Creditoribus exſoluere ſine mandato in ſcriptis P. Procuratoris generalis manu ſignato: Decimoquinto; quotieſcumque contigerit, aliquam reductionem ad minus interuſurium, ſiuè æris alieni extinctionem fieri; Computator Congregationis pro tempore exiſtens, talis reductionis, ſiuè extinctionis Inſtrumentum infra menſem ad Monaſterium, ad cuius beneficium fuerit facta reductio, vel extinctio tranſmittere teneatur pæna depoſitionis, & inhabi-

 litatis

Digitized by Google

litatis ad omnes gradus, ſi ſecus exegerit puniendus: Decimoſexto. In Computatorem Congregationis nemo inpoſterum eligatur, qui Decania de Regimine actu non ſit inſignitus. Horum omnium, & ſingulorum vt ſupra Confirmationem Procurator Generalis per Breue ſpeciale nomine totius Congregationis à Sanctiſſimo D. N. impetrare curet, in quo Breui declaretur nulla, & inualida electio Procuratoris Generalis, in qua hæc omnia, & ſingula ſeruata minimè fuerint. Volumus tandem, quod præſens Procurator Generalis iuramentum in manibus Diffinitorum præſter, quod quantum ſua intereſt prædictum Breue à S. D. N. omni meliori vita, & forma obtinere ſolerter ſtudebit. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat dictus Procurator generalis præmiſſa quo firmius ſubſiſtant, & ſeruentur exactius Apoſtolicæ Confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſideret. Nos ſpecialem ipſi Procuratori Generali gratiam facere volentes eumque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpeñ, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequeñ. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes ſupplicationibus eius nomine nobis ſuper hoc humilitèr porrectis inclinati omnia, & ſingula præinſerta decreta, & ordinationes, ſeù conditiones auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inuiolabilis Apoſtolicę firmitatis robur adijcimus, ac omnes.

nes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus. Decernentes præinſerta Decreta, ac ordinationes, ſeù conditiones, ac eaſdem præſentes Litteras ſemper firma valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit inuiolabilitèr obſeruari; Sicque in premiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcientèr, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtañ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit dictæ Congregationis alijſuè quibuſuis etiam Iuramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque Indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, illis, aliàs in ſuo robore permanſuris ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt earundem præſentium Literarum Tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutę munitis eadem prorſus fides adhibeatur in Iudicio, & extra, quę ipſis præſentibus ad-

 hiberetur

Digitized by Google

hiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 22. Auguſti M. DC. LXX. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

I.G. Sluſius.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. LXX.

Priui-

Digitized by Google

Priuilegium Gregorij PP. XIII. pro Congregatione Caſinenſi contra appellantes, & ambientes nuper à SS. D. N. Vrbano PP. VIII. confirmatum, & ampliatum.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALIAS à fel. record. Gregorio XIII. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis videlicet. Gregorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Nihil in vnaquaq; religioſa familia, in qua obedientiæ firmiſſimè iactis fundamentis plerique fideles in clauſtris Altiſſimo famulari ſtudent æquè arbitramur eſſe vtile, quam ſupremam in eiſdem auctoritatem gerentibus omni contentione excluſa, ea qua decet reuerentia, vniuerſos parere, eorumque dictis audientes eſſe, nec non à regularis obſeruantiæ profeſſorum pectoribus, honorum aſſequendorum nimiam cupiditatem exulare. Vtque hæc, diuina aſ-

ſiſtente

ſiſtente gratia, maximè in Congregatione Monachorum de obſeruantia Congregationis Caſſineñ aliàs Sanctæ Iuſtinæ de Padua Ordinis Sancti Benedicti, quæ vitæ Sanctitate claruit, ex ſententia noſtra ſuccedant, antiquas conſtitutiones approbandas, & in illarum tranſgreſſores duriores pœnas proponendas, & aliàs opportunè prouidendum eſſe cenſemus, prout in Domino conſpicimus expedire. Accepimus enim, quod licet aliàs fel. record. Eugenius Papa IIII. prædeceſſor noſter ſub Datum Romæ apud S. Petrum anno Domini MCCCCXXXII. Nono Kalend. Decembris, Pontificatus ſui anno II. inter alia voluerit in Capitulo Generali eiuſdem Congregationis ſingulis annis celebrando, nouem Diffinitores ex Monachis dictæ Congregationis eligi, qui vocem in Capitulo haberent, ſicq; electos totum Capitulum prædictum repræſentare, eorumdemque Diffinitorum ſtatutis, conſtitutionibus, ordinationibus, diffinitionibus, & correctionibus, ſingulos Congregationis eiuſdem Monachos, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ſiuè conditionis exiſterent in omnibus efficaciter parere, ac huiuſmodi Diffinitores de Monaſterijs, & locis, illorumque bonis, prout viderent, expedire, diſponere, nec non ex Monachis tunc præſentibus, & futuris, quos ad id idoneos iudicauiſſent in Abbates pro tempore vacantium Monaſteriorum, ac Prioratuum huiuſmodi alias iuxta dictæ Congregationis conſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta eligere ſiuè nominare: nec non ad eorum beneplacitum taliter electos abſq; aliqua etiam cauſę cognitione à regimine

gimine etiam dd. Monaſteriorum, & Prioratuum, à quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare cenſerentur, abſoluere, & amouere poſſe. Idemque per alias literas Datas Florentiæ Pontificatus ſui anno quarto decreuit, dum occurrente vacatione Monaſteriorum, & Prioratuum dictæ Congregationis, etiam apud Sedem Apoſtolicam vacantium, qua illis ratione prouidendum eſſet, ordinauit, prout in ſingulis eiuſdem prædeceſſoris literis plenius continetur. Nihilominus nonnullos dictæ Congregationis Monachos, eius quam Deo vouerunt obedientiæ planæ oblitos, præfatis Superioribus in electione, & amotione Abbatum, & aliorum ad eorumdem nutum, & beneplacitum à Monaſterij, & alijs Officijs abſoluendis, & liberandis, aut ad illa eligendis, & nominandis aduerſari, & contradicere, & cum illis ad contentiones deuenire, alios verò, ne contra eos, veluti inobedientes, vel alia etiam ex cauſa, aut ex quantumuis graui crimine, & exceſſu procedi poſſit contra eiuſdem Congregationis ſtatuta, & ordinationes varias oppoſitiones, & ſubterfugia, aut alia impedimenta afferre, vel interponere; nec non abſque eorumdem Superiorum licentia in his, quæ ad morum correctionem, & regimen, adminiſtrationemque Congregationis eiuſdem pertinent, Iuriſperitos, & alios conſulere temerè auſos fuiſſe, & nunc præſumere; quoſdam etiam profeſſionis, & regulæ, quam ſub humilitatis habitu profeſſi ſunt penitus immemores reperiri, qui ſic ambitione dignitatum, & Officiorum Eccleſiaſticorum

in

in dicta Congregatione conſequen. quò facilius de Congregationis rebus, & perſonis ad eorum libitum diſponant, ſe efferri patiuntur, vt ad Eccleſiaſticorum, & Sæcularium Principum auxilia vel occultè, vel palam recurrant, & à S. R. E. Cardinalibus, alijſque Prælatis commendatitias literas propterea expetant, & noui aliquid ſemper, vt optati compotes fiant, in eorum animæ perniciem parando, aut moliendo, eiuſdem Congregationis quietem cum animarum illorum periculo non modicè perturbent. Nos igitur præmiſſis occurrere, ac eiuſdem Congregationis Monachorum, honori, & quieti, quos in viſceribus gerimus charitatis, nec non ad deterrenda maleficia, grauioribus etiam pœnis propoſitis, conſulere cupientes, ac dictarum prædeceſſoris literarum ſeriem, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ſingulas Prędeceſſoris prædicti literas, ea in parte, qua illæ auctoritatem illorum, qui pro tempore regen. Congregationi deputati erunt, reſpiciunt, quod ad eorum nutum, & beneplacitum Abbates, & alios quouis nomine nuncupatos dictæ Congregationis Prælatos, vel Officiales eligere, & electos ſimiliter abſque aliqua cauſæ cognitione, ſeruatis alias ipſius Congregationis conſtitutionibus, ab officio amouere, & abſoluere poſſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & quatenus etiam opus ſit, eaſdem quoad præmiſſa dumtaxat innouamus, quodquè contra eos, qui præmiſſis eiſdem

Superio-

Digitized by Google

Superioribus in electionibus, vel amotionibus huiuſmodi contradicere, vel ſe opponere, aut cum illis contendere præſumpſerit per pœnam priuationis Officiorum, quæ obtinuerint, ac perſonæ coerctionem, & carcerationem animaduertatur, ſtatuimus. Cumquè idem Prædeceſſor diſtrictius inhibuerit, ne cui Prælatorum, vel Monachorum dictæ Congregationis ab inſtitutis ordinationibus, correctionibus, & mandatis Capituli Generalis, ſiue Præſidentis, aut Viſitatorum, vel Rectorum eiuſdem Congregationis ad quemcumque, etiam Sedem Apoſtolicam, niſi de Speciali indulto Summi Pontificis, liceret appellare, quamcumque appellationem, ſi aliquam quandoque interponi contingeret, cum inde ſecutis irritam decernendo. Si autem contra aliquem Prælatum, vel Monachum dictæ Congregationis ciuiliter ageretur ſecundum ſtatuta & conſuetudines Congregationis prædictæ, iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſſis procedi debere mandauerit, eiuſdem Prædeceſſoris exemplo adducti, quod quandocumque contra Monachos iudicium ex quauis cauſa inſtitui contigerit, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, nec non omni, & quacumque appellatione remota agi. Appellantes verò, aut de nullitatibus ſententiarum proceſſuum, & aliorum quorumcumque contra ſe decretorum, vel actorum dicentes, vel aliquod aliud impedimentum interponentes illos non obſtan. priuationis Officiorum, & carceris pœnis itidem affici, & ad vlteriora, in cauſis, quas

pro

Digitized by Google

pro tempore agitari continget, priuationiſque, carceris, & aliarum pœnarum propterea inflictarum executionem procedi poſſe volumus; eaſdemque pœnas ad eos etiam Monachos, qui à Iuriſperitis, aut alijs quibuſuis perſonis extra dictam Congregationem abſque eorum Superiorum licentia in his, quæ ad obedientiam, aut correctionem, eiuſdemuè Congregationis regimen pertinebunt, conſilium capient, extendimus, ac omnes, & ſingulos Monachos Congregationis prædictæ cuiuſcumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & literaturæ exiſtentes, & quacumque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, & alia officia dictæ Congregationis eſſequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, fauores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus alijſque vijs directè, vel indirectè, palam, vel occultè ad dignitates, ſeu officia in Congregatione præfata obtinenda aſpirauerint, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiuerint, illorumque complices, & fautores ad quaſcumque Prælaturas, dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta & obtinenda perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officijs eo ipſo priuamus, ac priuatos voce tum actiua, tum paſſiua carere decernimus, & declaramus; & in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ omnibus dictæ Congregationis Monachis, qui pro tem-

C 4 pore

pore regimini dictę Congregationis deputati erunt, præcipientes, diſtrictèque mandantes, ne aliquos precibus, literis, vel fauoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium adducti ad cuiuſuis generis Prælaturas, dignitates, officia, adminiſtrationes, & gradus promouere præſumant; Immò promouendorum meritis,& virtutibus tantum inſpectis, quod Dei cauſam agant memores ſint, quo magis puro, & ſincero corde, nulla priuata, aut mundana affectione commoti, in electionum negocio procedant. Decernentes electiones,& promotiones ad Monaſteria, ſic literis, aut alijs fauoribus Principum, & Prælatorum vel aliorum extra gremium, vt præfertur, exiſtentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus iniuſtè, ac indebito extortas, nullas, inualidaſque eſſe, & aduerſus eos, qui his minus legitimis rationibus ad regem. Monaſteria, vel Prioratus, aut alia officia ſe eligi, aut aſſumi obtinuerint, per eiuſdem Congregationis Superiores quandocunque procedi, & rei veritate cognita, conditionis pœnis tamquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici fungentes poſſe, & debere; & ità quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctę Romanę Eccleſię Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter indicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan.

obſtan. quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpiritualibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dd. Congregationis, & ordinis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis illis, & illorum Superioribus ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes; mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice motu, & ſcientia ſimilibus latiſſimè derogamus, ac derogatum eſſe volumus, contrarijs quibuſcumque, aut ſi prędictis Congregationi, & Monachis, vel quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Ac vt harum, literarum, notitia ad omnes dictæ Congregationis Monachos facilius deueniat, volumus illas in generali dictæ Congregationis Capitulo ſingulo quoque anno publicè legi, illaſque in dicto Capitulo lectas ſic

arctare,

arctare, ac ſi legitimè vnicuique intimatæ fuiſſent, illorumque exemplis, vel impreſſis manu ſcribæ dicti Capituli, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis ipſius Congregationis, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti obſignatis eamdem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 17. Aprilis 1574. Pontificatus noſtri anno Secundo. Cum autem ſicut dilectus filius Procurator Generalis dictę Congregationis nobis nuper exponi fecit ipſe præinſertas literas per nos confirmari, nec non præceptum quod in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommuuicationis latæ ſententiæ pœna in huiuſmodi literis fit Prælatis, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erunt, ne Monachos ad Prælaturas, dignitates, gradus, adminiſtrationes, & alia ipſius Congregationis officia precibus, literis, vel fauoribus Principum, vel Prælatorum extra gremium dictæ Congregationis exiſtentium adducti promouere præſumant, ad alios quoſque, & ſingulos, Abbates, & Superiores quorumcumque dictæ Congregationis Monaſteriorum qui prædictos Monachos ad Rectorias, Vicariatus, adminiſtrationes, & cuiuſuis generis officia tam ſpiritualia, quam temporalia ab eiſdem Monaſterijs dependentia, precibus, & fauoribus huiuſmodi deputabunt extendi, eoſdemque Monachos ad ſimiles fauores recurrentes, eadem pœna ligari ſummoperè deſideret. Nos proſperos feliciqué dictæ Congregationis gubernio, & regimini per amplius

Digitized by Google

conſultum eſſe cupientes; ipſumquè Procuratorem Generalem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum prẹſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus illius nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, prẹinſertas literas dicti Gregorij prẹdeceſſoris cum omnibus, & ſingulis in eis contentis Apoſtolica auctoritate tenore prẹſentium confirmamus, & approbamus, ac quatenus opus ſit innouamus, nec non omnibus, & ſingulis quorumcumque Monaſteriorum dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus quomodolibet nuncupatis nunc, & pro tempore exiſtentibus in virtute Sanctæ obedientię, ac ſub excommunicationis latæ ſententię pœna prẹcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam, preces, requiſitionem quarumcumque perſonarum tam laycarum, quam Eccleſiaſticarum extrà gremium dictę Congregationis conſiſtentium, etiam Cardinalatus honore, & quacumque ſeculari dignitate, & excellentia etiam Ducali, Regali, Imperiali fulgentium quoſuis dictę Congregationis Monachos ad cuiuſuis generis Rẹctorias, Vicariatus, adminiſtrationes, & officia quęcumque tam ſpiritualia, quam temporalia ſingulorum Monaſteriorum deputare præſumant, eoſdemque dictę Congregationis Monachos, cuiuſcumque ętatis, gradus, conditionis,

Digitized by Google

nis, pręeminentię, & literaturę exiſtant, & quacumque dignitate pręfulgeant, qui tam ad Pręlaturas, digniuates, gradus, & alia officia Pręlatis pro tempore regimini dictę Congregationis deputatis aſſequenda, quam etiam ad Rectorias, Vicariatus adminiſtrationes, & alia officia quęcumque tam ſpiritualia, quam temporalia à Pręlatis, & Superioribus ſingulorum Monaſteriorum impetranda, ad prędictarum perſonarum Principum, & Prelatorum de gremio dictę Congregationnis non exiſtentium fauores pro ſe, vel interpoſitam perſonam directè vel indirectè, occultè, vel palam, aut alias quomodolibet recurrerint, vel ad Prelaturas, dignitatis, adminiſtrationes, & alia huiuſmodi dictę Congregationis, & Monaſteriorum officia aſpirauerint, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere conati fuerint, prędictas excommunicationis latę ſententię, aliaſq; inhabilitatis, & priuationis pœnas in pręinſertis Gregorij prędeceſſoris literis contra ſimilia perpatrantes comminatas, eo ipſo incurrere, & incurriſſe decernimus, & declaramus. Non obſtan. omnibus, & ſingulis, quę in pręinſertis literis idem Gregorius prędeceſſor, voluit non obſtare, cęteriſq; contrarijs quibuſcunq; Vt autem harum literarum noſtrarum notitia ad omnes Monaſteriorum dictę Congregationis Abbates, Superiores, & Monachos facilius deueniant, volumus illis in generali dictę Congregationis Capitulo ſingulo quoq; anno publicè legi, illaſq; in dicto Capitulo lectas ſic arctare, ac ſi legitimè vnicuiq; perſonaliter intimatę fuiſsent, illorumq;

Digitized by Google

exemplis impreſſis manu ſcribę dicti Capituli, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Præſidentis ipſius Congregationis, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti munitis eamdem prorſus fidem adhiberi, quę pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Datum Romę apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 11. Maij 1638. Pontificatus noſtri anno Decimo quinto.

Loco ✠ Sigilli.

M. A. Maraldus.

ROMÆ, Ex Typographia Reuer. Cam. Apoſt. 1642.

Idem

Digitized by Google

Idem Priuilegium confirmatum, & ampliatum à Sanctiſsimo D.N.Clemente Decimo:

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

ECCLESIÆ Catholicę regimini, meritis licet imparibus, diuina diſpoſitione præſidentes, illa, quę à Romanis Pontificibus Prędeceſſoribus noſtris, ad recidendam, & excludendam à Religioſis viris, quos in humilitatis ſpiritu Deo ſeruire decet, ambitioſam honorum, & dignitatum cupiditatem piè prudenterque conſtituta eſſe noſcuntur, Apoſtolici muniminis noſtri patrocinio, libenter conſtabilimus, nouiſque præſidijs, vt ſeruentur exactius, corroboramus, ſicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis incrementum ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Dudum ſiquidem fel. record. Gregorius PP. XIII. Prædeceſſor noſter, per quaſdam ſuas in ſimili forma Breuis die xvij. Aprilis M.D.LXXIV.

Expeditas literas, inter alia, omnes, & ſingulos Monachos Congregationis Caſinēſi. Ordinis Sancti Benedicti, cuiuſcumque ętatis, gradus, conditionis, pręeminentię, & literaturę exiſtentes, & quacumque dignitate pręfulgentes, qui ad Pręlaturas, & alia officia dictę Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum, & Prelatorum, de gremio dictę Congregationis non exiſtentium, fauores recurrerent, vel etiam pactis, pollicitationibus, alijſque vijs, directè, vel indirectè, palam, vel occultè, ad Dignitates, ſeu officia in Congregatione pręfata obtinenda aſpirauiſſent, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quęſiuiſſent, illorumque complices, & fautores ad quaſcumque Pręlaturas, Dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & pręſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda, perpetuò inhabiles declarauit, ac obtentis Prelaturis, Dignitatibus, Adminiſtrationibus, vel officijs, eo ipſo priuauit, ac priuatos voce tum actiua, tum paſſiuā, carere decreuit, & declarauit. Et in virtute ſanctę obedientię, ac ſub excommunicationis latę ſententię pœna omnibus dictę Congregationis Monachis, qui pro tempore regimini eiuſdem Congregationis deputati eſſent, pręcepit, diſtrictèque mandauit, ne aliquos, precibus, litteris, vel fauoribus Principum, vel Pręlatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium adducti, ad cuiuſuis generis Pręlaturas, Dignitates, Officia, Adminiſtrationes, & gradus promouere pręſumerent; Imò promouendorum meritis, & virtutibus tantùm inſpectis, quod Dei cauſam agerent,

rent, memores eſſent, quo magis puro, & ſincero corde, nulla priuata, aut mundana affectione commoti, in electionum negocio procederent; Decernens electiones, & promotiones ad Monaſteria ſic litteris, aut alijs fauoribus Principum, & Prælatorum, vel aliorum extra gremium, vt præfertur, exiſtentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus iniuſtè, ac indebitè extortas, nullas, inualidaſque eſſe, & aduerſus eos qui his minus legitimis rationibus ad regenda Monaſteria, vel Prioratus, aut alia officia ſe eligi, aut aſſumi obtinuiſſent, per eiuſdem Congregationis Superiores quandocumque procedi, & rei veritate cognita, eos condignis pœnis, tamquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores affici poſſe, & debere. Et ſubinde recen. mem. Vrbanus Papa VIII. etiam Prædeceſſor noſter, per quaſdam ſuas pariter in forma Breuis litteras die xj. Maij M.DC.XXXVIII. emanatas, præfatas Gregorij Prædeceſſoris litteras, toto illarum tenore inſerto, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, Apoſtolica auctoritate confirmauit, & approbauit, ac quatenus opus eſſet innouauit; Nec non omnibus, & ſingulis quorumcumque Monaſteriorum dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, quomodolibet nuncupatis, tunc & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcepit, & mandauit, ne ad inſtantiam, preces, & requiſitionem quarumcumque perſonarum, tàm Laycarum, quàm Eccleſiaſticarum extra gremium dictæ Congregationis conſiſtentium, etiam Cardinalatus honore, & qua-

cumque Seculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, quos vis dictæ Congregationis Monachos, ad cuiuſuis generis Rectorias, Vicariatus, Adminiſtrationes, & officia quæcumque, tàm ſpiritualia, quàm temporalia ſingulorum Monaſteriorum deputare præſumerent, eoſdemque dictæ Congregationis Monachos, cuiuſcumque ætatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, & litteraturæ exiſterent, & quacunque dignitate præfulgerent, qui tàm ad Prælaturas, Dignitates, Gradus, & alia officia à Prælatis pro tempore Regimini dictæ Congregationis deputatis, aſſequenda, quam etiam ad Rectorias, Vicariatus, Adminiſtrationes, & alia officia quæcumque, tàm ſpiritualia, quàm temporalia, à Prælatis, & Superioribus ſingulorum Monaſteriorum impetranda, ad prędictarum perſonarum Principum, & Prælatorum, de gremio Congregationis præfatę non exiſtentium, fauores, per ſe, vel interpoſitam perſonam, directè, vel indirectè, occulte, vel palam, aut aliàs quomodolibet recurrerent, vel ad Prælaturas, Dignitates, Adminiſtrationes, & alia huiuſmodi dictę Congregationis, & Monaſteriorum officia aſpirauiſſent, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere conati fuiſſent, prędictas excommunicationis latę ſententię, aliaſque inhabilitatis, & priuationis pœnas, in prępfatis Gregorij Prędeceſſoris litteris contra ſimilia perpetrantes comminatas eo ipſo incurrere, & incurriſſe decreuit, & declarauit. Voluitque ipſe Vrbanus Prædeceſſor, eaſdem litteras ſuas in generali dictæ Congregationis Capitulo ſingulis

gulis annis publicè legi, illaſque in dicto Capitulo lectas, ſic arctare, ac ſi legitimè vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent; & alias prout in præfatis Gregorij, & Vrbani Prædeceſſorum litteris, quarum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, vberius continetur. Cum autem ſicut pro parte Dilectorum filiorum Monachorum præfatæ Congregationis Caſinen. Nobis nuper expoſitum fuit, licet præmiſſa à memoratis Gregorio, & Vrbano Prædeceſſoribus, ſaluberimo fuerint conſtituta, & ordinata conſilio. Illa nihilominus quorundam ambitione cæcaque honorum cupiditate non ita exactè, & accuratè, vt par eſt in eadem Congregatione ſeruentur. Hinc eſt quod Nos conſiderantes, quod nemo debet ſibi aſſumere honorem niſi vocatus à Deo tanquam Aaron, & proinde prauum hoc ambitionis malum omnino tollere, & à dicta Congregatione penitus excludere cupientes, vt Congregatio ipſa præclara ſemper humilitatis religioſæ laude floreat, illiuſque munera, non mendicatis ſtudijs procurentur, ſed à Viris, vitæ ſanctitate, & virtutibus conſpicuis obedienter ſuſcipiantur, & humiliter adminiſtrentur, ac dictos exponentes ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequen., harum ſerie abſoluentes, & abſo-

abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula præmiſſa à præfatis Gregorio, & Vrbano Prædeceſſoribus conſtituta, ordinata, decreta, & declarata, vt præfertur, & quatenus illa concernunt ſupradictas eorumdem Prædeceſſorum litteras, auctoritate prędicta, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus, ac quatenus opus ſit, innouamus, & de nouo conſtituimus, ordinamus, decernimus, & declaramus. Illaque omnia, & ſingula inuiolabiliter, & inconcuſsè in pręfata Congregatione perpetuò ſeruari mandamus, & pręcipimus. Volentes, & eadem auctoritate decernentes, eaſdem pręſentes litteras perpetuis futuris temporibus, bis quolibet anno in Refectorio vnius cuiuſque Monaſterij dictę Congregationis nempè proxima poſt feſtum S. Benedicti, & Dominica itidem proximè ſubſequenti poſt feſtum S. Placidi, Ordinis eiuſdem S. Benedicti publicè legi, illaſque ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque in pręmiſſis per quoſcumque Iudices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtañ. pręmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quę pręfati Gregorius, & Vrbanus Prędeceſſores in litteris ſupradictis reſpectiuè voluerunt non obſtare, cęteriſque contrarijs quibuſcumque.

Cęte-

Cæterum volumus pariter, vt earumdem præſentium litterarum Tranſumptis, etiam impreſſis manu Scribę Capituli Generalis dictę Congregationis, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Pręſidentis eiuſdem Congregationis, vel alterius perſonę in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in Iudicio, & extra adhibeatur, quę prę ſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę.

Datum Romę apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die ix. Septembris M.DC.LXX. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Loco ✠ Annuli Piſcatoris.

I. G. Sluſius.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. LXX.

San-

Digitized by Google

S.^MI D. N.

PAVLI PAPÆ V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Statutum ſuper Reformatione Diffinitorum, & Conſeruatorum, ac cæterarum perſonarum Regularium Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis.

CVM ſicut accepimus in Ordine Sancti Benedicti Congregationis Caſinenſis aliàs S. Iuſtinę Paduañ, qui primo ab eodem Sancto Benedicto inſtitutus, & deindè à tot tantiſque Patribus ſanctitate, & diſciplinę Regularis exemplo per diuerſas totius Orbis Chriſtiani Regiones propagatus, virtute altiſſimi, ad laudem ſui nominis iam multis ab hinc ſęculis floruit, nonnulli abuſus exorti fuerint quibus niſi noſtrę Paſtoralis ſolicitudinis prouidentia celeriter occurratur dubitandum ſit ne huiuſmodi morbo inualeſcente, Regularis diſciplinę obſeruantia paulatim collabatur.

Nos igitur attendentes, quod vbi gubernaculum

diſci-

Digitized by Google

diſciplinę contemnitur reſtat, vt Regligio naufragetur, pro noſtri Paſtoralis officij debito pręmiſſa conniuentibus oculis pertranſire nequiuimus. Qua propter re prius maturè diſcuſſa, & examinata, adhibitis Viris grauitate, prudentia, & vſu rerum pręſtantibus, quibus negotium demandauimus, de eorum conſilio huiuſmodi abuſibus quantum cum Domino poſſumus occurrendum decreuimus.

Motu igitur proprio, non ad alicuius nobis oblatę petitionis inſtantiam: ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis Plenitudine Congregationis prędictę, Ordinis S. Benedicti in vniuerſa Italia, Inſuliſque ei adiacentibus ſeptem Prouincias nempè Romanam, Aetruriæ, Neapolis, Siciliæ, nec non Venetiarum, Lombardiæ, ac Liguriæ per pręſentes perpetuò valituras conſtituimus, & deputamus, illiſq; ſic conſtitutis, & deputatis Romanæ videlicet S. Pauli prope, & extra muros Almæ Vrbis noſtræ, nec non S. Scolaſticæ Sublaci, ac S. Mariæ Farfeñ, & S. Petri Peruſin., nec non eiuſdem S. Mariæ etiam prope, & extra muros Cæſenateñ, ac S. Vitalis Rauennateñ, & S. Proculi Bononieñ, necnon eiuſdem S. Benedicti Ferrarien.

Et Æturiæ S. Eugenij Seneñ, nec non Sanctorum Floræ, & Lucillæ Aretiñ, nec non Sanctæ Mariæ Florentiñ, & S. Honorati Lerini, ac S. Mariæ Cromeñ Raguſiñ diœceſ. & S. Petri Mutineñ, ac Sancti Petri Regieñ.

Nec non Neapolitanæ ipſius Sancti Benedicti Caſtrouillarum, S. Michaelis Montis Caueoſi, S. Mariæ An-

Andrieñ, & Sanctiſſimæ Trinitatis Cauen̄; nec non S. Seuerini Neapolitañ, ac S. Angeli Caetan.; S. Laurentij Auerſan & eiuſdem S. Benedicti Montis Caſini.

Siculæ S. Placidi Meſſanen. nec non S. Nicolai Cathan. & Sanctæ Mariæ Fondroni, nec non S. Flauiæ, ac S. Mariæ Montis Regalis, & S. Martini Panormitani, nec non eiuſdem S. Mariæ de Gangio, & S. Philippi de Argirione.

Ac Venetæ S. Nicolai Lictoris, nec non S. Georgij Venetiarum, & Sanctæ Mariæ de Pratalia, & Sanctę Iuſtinę de Padua, nec non SS. Felicis, & Fortunati Vicentin. & S. Nazarj Veronen., ac Sancti Pauli de Argon, nec non S. Iacobi de Pontida Bergomen. diœc. & S. Fauſtini, ac Sanctę Euphemię Brixien.

Nec non Lombardię S. Simpliciani, ac S. Petri in Glaſſiate Mediolanen., S. Spiritus, & S. Saluatoris Papien., nec non S. Sixti Placentin., ac Sanctę Marię Gratiarum Placentin.; diœceſ. & S. Ioannis Euangeliſtę Parmen., nec non Sancti Columbani Bobien. ac S. Benedicti de Padolirone.

Ligurię verò Prouincijs prędictis S. Nicolai Bucchetti, S. Benigni, & S. Iuliani, ac S. Catherinę, nec non S. Hieronymi Ceruarię Ianuen. diœceſ. ac Sancti Bartholomęi Aſten̄, ac S. Petri Sauiliani Taurinen. diœceſ. dictorum Ordinis, & Congregationis Monaſteria, etiam perpetuo ſubijcimus, & ſupponimus.

Et vt deinceps in Diffinitorio ęqualitas votorum habeatur, quod de cęterò perpetuis futuris temporibus in dictis ſeptem Prouincijs nouem Abbates Diffinitores, ex quibus Romanę vnum, Ætrurię vnum,

Neapo-

Neapolitanę vnum, & Siciliç alium, & Liguriç alium, Venetę verò, & Lombardię Prouincię prędictę ob illorum maiorem Monaſteriorum numerum pro qualibet earum duos Abbates huiuſmodi ex illis reſpectiuè oriundos habeant, eligantur, ac deputentur, dictiq; nouem Diffinitores canonicè per vota, & ſcrutinia ſecreta, vt moris eſt, canonicè electi in quibuſcumq; Capitulis Generalibus, omnes, vt ſingulas tàm ſpirituales, quàm temporales gratias, & facultates ab hac Sede Apoſtolica eis conceſſas, & quas hactenus habuerunt, habeant, hac tamen ratione, vt poſthac ſinguli Diffinitores ſeptem Prouinciarum prędictarum diuerſarum Nationum, & profeſſionum exiſtant, nulloque modo duo ex eadem Natione, vel profeſſione vno, & eodem tempore in prędicto Capitulo, licet ex diuerſis Prouincijs prędictis profeſſi ſint, eſſe patiantur, ſed ex eiſdem Prouincijs oriundi eligantur, vt ſupra, ac conſtituantur.

Et ad tollen͠ dictorum Diffinitorum perpetuitatem quieti dictę Congregationis maximè contrariam, quod ſingulò quoque anno tres Diffinitores ex antianis, ſiuè antiquioribus duò nempè ex Lombardię, Venetę, & Ligurię, ac vnus ex Romana, Ætturię, Neapolitana, & Sicula Prouincijs ab eodem Diffinitorio per biennium vacent, ac illorum loco tres ſubſtituantur reſpectiuè ex eiſdem Prouincijs, ità vt ſemper vnaquaque Prouincia ſuum, vel ſuos ſemper habeat Diffinitorem, ſeù Diffinitores pręſcriptum, vel pręſcriptos.

At ſi aliqua juſta cauſa Abbates alicuius Prouincię

ad

ad prędictum Capitulum non accederent, vel accedentes ab electione Diffinitorij excluſi remanerent, ſeù illo anno Viſitatorum officio functi eſſent, ſeù quod per biennium minimè vacaſſent, & eo caſu in prędicto Diffinitorio ab huiuſmodi electione excluſi, & tunc ex Prouincia illi viciniori Abbas Diffinitor ſeruatis tamen ſuperius narratis pro illa vice tantum eligatur.

Conſeruatores quoque iuxta Conſtitutiones dictę Congregationis approbatas, nempè duo ex Romana, Ætruriæ, & Neapolitana, alij verò ex Veneta, Lombardiæ, & Liguriæ Prouincijs prædictis eligantur, ipſique ſic electi cum Dei timore, omnique diligentia omnia illo anno à Diffinitoribus, Viſitatoribus, ac Pręſidente prędictis geſta, & pręcipuè electiones Pręlatorum, & Officialium perſpiciant, ac recognoſcant, & quicquid contra Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum decreta, ac Conſtitutiones dictę Congregationis factum eſſe reperient, illud nullum, & irritum declarent, ac cum effectu ſub priuationis dignitatum quas pro tempore obtinerent, ac inabilitatis ad illas obtinend. pœnis eo ipſo incurren. illorum habilitationem nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus quandocumque exiſtentibus omnino reſeruando, exequi mandent, & contra inobedientes etiam Diffinitores nulla habita perſonarum, vel dignitatum ratione per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas auctoritate noſtra procedant.

Et in qualibet ex Prouincijs prędictis, tot Abbates, Priores, Cellerarij, ac Magiſtri Nouitiorum ex ea

oriundi

oriundi quot ſunt in ea Monaſteria; vel Prælaturæ; & Officia exiſtant, & caſu quo in ſingulis Monaſterijs idonei ad hoc munus ſubeundum minimè reperiantur, tunc idonei alijs ex Monaſterijs eiuſdem Prouinciæ profeſſi ſubrogentur.

Quod ſi in tota Prouincia non ſint tot Monachi idonei profeſſi; qui ad prædicta officia ſuæ Prouinciæ aſſumi poſſint, tunc ex Monaſterijs vicinioribus alterius Prouinciæ idonei aſſumantur.

Ne autem facultas regiminis dictæ Congregationis diminuta intelligatur, quod pro arbitrio dicti Regiminis Abbates, Priores, omneſque Officiales, ac ſingulos priuatos Monachos ex Prouincia in Prouinciam, prout expediens ei videbitur, vt antea poterant, & valebant, ità vt omnia in dicta Congregatione communia ſint, & eſſe intelligantur, amouere, & deſtinare poſſint, & valeant, nulla nationum, & perſonarum, ſeu Monaſteriorum habita ratione: quinimo ſinguli Abbates cuiuſque Prouinciæ Monaſterijs Congregationis Diffinitorij, & Regiminis arbitratu deputentur, & præficiantur, quodque Abbates, Priores, cæterique Officiales prædicti iuxta præſcriptum vſum dictæ Congregationis alicui Monaſterio non præficiantur vltra quinquennium, & ab illius adminiſtratione, etiam per quinquennium omnino vacent. Et aut tàm Abbates, quàm cæteri Officiales prædicti quotannis præfuerunt, tot etiam ab eius Monaſterij, ac Officij adminiſtratione vacent, & quod ſinguli reſideant, nec ab eis vllo quæſito colore vltra

 vnam

vnam dietam, & per octo dies ſine licentia Præſidentis iuſtam cauſam expreſſam Conſeruatoribus in proximo Capitulo Generali exhibendam, & examinandam an iuſta fuerit cauſa diſceſſus abeſſe poſſint, & qui ſecus fecerint illorum arbitrio puniantur.

Ne alijs prædicantes Abbates prædicti reprobi inueniantur, quod ad vitam communem, necnon Diuina Officia, tàm diurna, quàm nocturna, omniaque alia Regulæ dictæ Congregationis inſtituta, cum Dei timore, habita tamen perſonarum, ac temporum qualitate, concurrant, vt ſi cum hoſpitibus impediti ſint, vel alia iuſta cauſa excuſentur. Monachis verò litteris operam dantibus, de idoneis Lectoribus; ac alijs neceſſarijs, & decentibus rebus, ac commoditatibus illis beneuiſis prouideant.

In omnibus quoque Monaſterijs parem formam viuendi, & veſtiendi, ac Regularem diſciplinam ab omnibus obſeruari curent.

In adminiſtratione autem rerum temporalium ea cautio adhibeatur, ne Prælati eam per ſe ipſos, vt cauſa vagandi tollatur, exerceant, ſed ea per Cellerarios à dictis Diffinitoribus, vel prædicti Ordinis Regimine deputatos, corruptela, & abuſus Cellerariam in pectus, vt dicunt Abbates concedeñ penitus ſublatis, exerceatur, ac Conſtitutiones prædicti Ordinis, vt Cellerarij à regimine deputati Decani exiſtant omnino obſeruentur.

Dico autem Viſitatores dictæ Congregationis ex

Ro-

Romanæ, Hetruriæ, ac Neapolitanæ, ac alij duo ex Lombardiæ, Venetæ, nec non Liguriæ Prouinciarum prædictarum Abbatibus ex ipſiſmet Prouincijs oriundi eligantur, qui extraneas Prouincias viſitent, non autem proprias, ſi id Diffinitores expedire iudicauerint, aliàs Conſtitutiones dictæ Congregationis ſeruentur, & in Prouincia Sicula duo Viſitatores iuxta præſcriptum vſum dictæ Congregationis eligantur, dictique Viſitatores Deo iuuante munus ſuum Viſitationis cum omni diligentia ſubeant, ac abſoluant, ſinguloſque Monachos de Statu Monaſterij, nec non Præpoſitorum, & Miniſtrorum qualitate, ac rerum ſpiritualium, & temporalium Statu exactiſſimè examinent.

Monachos verò, vel Commiſſos ab aliquo Monaſterio, in quo ſaltem per annum continuum non permanſerint, & quos amouendos neceſſarium iudicauerint, ſuper quo illorum conſcientias grauamus, per illam Prouinciam tantum mutare valeant dicto Capitulo Generali mutationes de vna ad aliam Prouinciam (vt ſumptibus ſuperfluis parcatur) reſeruando.

Et Nouitiatus pro Nouitiorum educatione in ſingulis Prouincijs prædictis conſtituti, & conſtituen. in ſuo robore permaneat, ita tamen quod in quibuslibet Nouitiatibus prædictis, ex eiuſdemet Prouincijs huiuſmodi oriundi iuxta Conſtitutiones Apoſtolicas, & Decreta Concilij Tridentini idonei ad probationem admittantur, ac ſemper, & vbique Ciues Ciuitatum, & locorum in quibus Monaſte-

Digitized by Google

naſteria huiuſmodi ſita ſint cæteris extraneis paribus præferantur.

Quodque in Prouincia Romana prædicta, etiam in Monaſterijs S. Proculi Bononien. ac Sancti Benedicti Ferrarien. Nouitiatus conſtituatur, & in eis iuuenes ex eadem Prouincia oriundi ad probationem recipiantur.

Quælibet autem Prouincia illum tantum numerum Nouitiorum recipiat, & ad profeſſionem admittat, quem commodè alere poterit, ſi verò aliqua Prouincia, ſeú Monaſterium plures Monachos, quàm ex eius redditibus ali poſſunt habere comperiantur, neminem recipiat priuſquam ad numerum præfixum illius profeſſi redacti fuerint.

Et quia in dicto Monaſterio Sancti Pauli de eadem Vrbe ob illius aeris intemperiem (vt aiunt) Romani, vel ex eadem Prouincia oriundi in maximum eorum, dictæque Congregationis detrimentum minimè recipiuntur, quemadmodum præteritis temporibus recipere ſolitum fuit, & hoc in alijs Monaſterijs ſeruatur quod deinceps ſingulo quoque anno ſaltem ſex Nouitij ad probationem ibi recipiantur: Sed in dictum Monaſterium Sanctæ Scholaſticæ Sublaci ad probationem, & profeſſionem emittendam ſumptibus tamen, & expenſis dicti Monaſterij Sancti Pauli, cuius profeſſi ſint, & eſſe intelligantur, mittantur.

Hacque dè cauſa ſaltem duo Nouitij pro Monaſterio Farfen. & alij duo pro Monaſterio Sublaci prædictis ex eadem Prouincia Romana oriundi in

dicto

dicto Nouitiatu Sublacen. vſque ad numerum, qui ex illorum Monaſteriorum redditibus, ali, & ſuſtentari poſſint, reducti fuerint, quibuſcumque non obſtan. recipiantur.

Quodq; quoties contigerit Abbatem dicti Monaſterij Sancti Pauli oriundum, vel profeſſum eſſe ex Monaſterijs Lombardiæ, Venetæ, & Liguriæ Prouinciarum prædictis, tunc Procurator Generalis dictorum Ordinis, & Congregationis oriundus, vel ſaltem profeſſus ex aliquo Monaſterio Romanæ, Hetruriæ, vel Neapolitanæ Prouinciarum prædictarum, & vice verſa exiſtat, & eſſe debeat, nec ambo vllo vnquam tempore ex Monaſterijs earumdem, ſed diuerſarum Prouinciarum prædictarum eſſe debeat.

Similiter perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac ita ab omnibus, & ſingulis; quos præmiſſa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ipſo facto incurrendis inuiolabiliter obſeruari debere volumus, & mandamus, ac pro præmiſſorum complemento omnia, & ſingula priuilegia, libertates, immunitates, fauores, antelationes, aliaſq; gratias tàm ſpirituales, quàm temporales per fel. rec. Eugenium Papam Quartum, & Gregorium XIII. nec non Clementem Octauum Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros ſub quacumq; verborum forma, expræſſione ſuper dictorum Diffinitorum electione, dictęque Congregationis felici ſtatu ac directione, & alias ſuper præmiſſis quomodolibet con-

 ceſſa,

Digitized by Google

ceſſa, nec non ſingulas literas Apoſtolicas deſuper expeditas, ac illarum formas, & continentiam tenores, & effectus perindè ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta eſſent, dummodò præmiſſis contraria non exiſtant, pariter perpetuò approbamus, & confirmamus, illiſque ac earum ſingulis perpetuæ, ac inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, nec non omnes, ſingulos tàm iuris, quàm facti, ac ſolemnitatum in his quomodolibet requiſitarum, ac neceſſariarũ defectus excogitatos, vel non cogitatos ſi qui principaliter, vel acceſſoriè, aut alias quomodolibet interuenerint in eiſdem, & ſi de illis ad hoc vt ſuppleri, & ſanari poſſint ſpecialis ſpecifica, & expreſſa mentio facienda eſſet, ſupplemus.

Decernentes prędictas eorum Prædeceſſorum literas validas, & efficaces fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri ab eis, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quorumlibet ſpectabit firmiter obſeruari debere, nec ab illis vllo vnquam tempore reſilire poſse: ſed ad illarum obſeruationem obligatos fore, & eſse; ac ſub eiſdem maioris excommunicationis, & priuationis vocis actiuę, & paſſiuę pœnis cogi, & compelli, pręſentes verò de ſubreptione, vel obreptione, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtrę, vel quopiam alio defectu notari, ſeù impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel, retractari, ſeù inualidari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, ſeù in ius, vel controuerſiam vocari, aut aduerſus eas qnocumque iuris, vel facti, aut iuſtitię, ſeù gratię remedium

Digitized by Google

dium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus vnquam poſſe, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Iudices, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpraetandi, facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circa dilecto filio noſtro Alexandro Sancti Laurentij in Damaſo, Diacono Cardin. Montalto nuncupato S. R. E. Vicecancellario moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Congregationis Caſinen. apud Nos, & Apoſtolicam Sedem Protectori per præſentes mandamus, vt præmiſſa omnia, & ſingula per eos, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit auctoritate noſtra obſeruari, curet, & faciat.

Contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdem ordinis, & Congregationis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus Priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium prĕmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cĕteriſque contrarijs

 qui-

Digitized by Google

quibuſcumque. Volumus autem, vt pręſentium transſumptis, etiam imprę︀ſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides habeatur, quę ipſis pręſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſę.

Dat. Romę apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Aprilis 1607. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Scipio Cobellutius.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. M. DC. XXXXII.

S.MI

S.^MI D. N.

PAVLI PAPÆ V.

Moderatio Statuti in fauorem quorundam profeſſorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinen. cum nouo Statuto ſuper feliciori dictorum Ordinis, & Congregationis Obſeruantia.

PAVLVS PAPA QVINTVS

Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANI Pontificis prouidentia circumſpecta nonnunquam aliqua ex eis, quæ pro bono regimine, & felici directione Religioſorum ſub Regularis vitæ obſeruantia Altiſſimo famulantium conceſſerat, ſaniori iudicio mutat, alterat, ac alia diſponit, prout rerum, temporum, perſonarum qualitatibus diligenter penſatis, conſpicit in Domino

mino

Digitized by Google

mino ſalubriter expedire.

Sanè cum nos aliàs per quaſdam in forma Breuis ſub Annulo Piſcatoris die 7. Aprilis 1607. Pontificatus noſtri anno ſecundo, confectas literas inter alia in tota, ac vniuerſa Italia, Inſuliſque ei adiacen. ſeptem Prouincias Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Caſinen. aliàs Sanctæ Iuſtinæ, nempè Romanam, Neapolitanam, Siculam, Venetam, ac Hetruriæ, nec non Liguriæ, & Lombardię perpetuò conſtituerimus, & deputauerimus illique ac eorum ſingulis Monaſterijs dictorum Ordinis, & Congregationis in Italia, ac Inſulis prędictis conſiſten. ſuppoſitis Sancti Petri Mutinen. ac eiuſdem Sancti Petri Regien. Monaſteria dictorum Ordinis, & Congregationis dictę Prouincię Hetrurię etiam perpetuò ſubiecerimus, & ſuppoſuerimus; Et quod ex tunc de cętero perpetuis futuris temporibus in dictis ſeptem Prouincijs nouem Abbates Diffinitores ex illis reſpectiuè oriundi, diuerſarum tamen Nationum, & profeſſionum, Ac quatuor dictorum Ordinis, & Congregationis Viſitatores ex eiſdemmet Prouincijs oriundi, eligerentur, & in qualibet ex Prouincijs prædictis tot Abbates, Priores, Cellerarij, ac Magiſtri Nouitiorum, ex ea tamen oriundi quot ſunt in ea Monaſteria, vel Prælaturæ, & Officia eſſent. Quodque quoties contingeret Abbatem Monaſterij Sancti Pauli propè, & extra muros Almæ Vrbis noſtræ dictorum Ordinis, & Congregationis oriundum, vel profeſſum eſſe ex Monaſterijs Lombardiæ, Venetę, &

Ligu-

Liguriæ Prouinciarum prædictarum, tunc Procurator Generalis ipſius Ordinis, & Congregationis oriundus, vel ſaltem profeſſus ex aliquo Monaſterio Romanæ, Neapolitanę, & Hetrurię Prouinciarum huiuſmodi, ac vice verſa eſſet, & eſſe deberet, nec ambo vllo vnquam tempore ex Monaſterijs earumdem, ſe diuerſarum Prouinciarum prędictarum eſſe deberent ſimiliter perpetuò, prout in dictis literis plenius continetur ſtatuerimus, & ordinauerimus.

Nihilominus ex relatione dilectorum filiorum Anaſtaſij à Carpendulo Abbatis dicti Monaſterij S. Pauli, ac Io. Baptiſtæ Romani Ordinis, & Congregationis prædictorum Procuratoris Generalis ad nos per illorum Capitulum Generale Superiori anno celebratum, vt ex literis nobis exhibitis conſtat deſtinatorum, accepimus prædicta Monaſteria Sancti Petri Mutineñ, ac ipſius Sancti Petri Regieñ eidem Prouincię Lombardię quàm Hetrurię viciniora eſſe; idque illorum Abbatibus, ac Conuentibus incommodum inferre, & illorum Regularibus inſtitutis magis conſonum eſſe, vt profeſſi Monaſteriorum dictorum Ordinis, & Congregationis, qui non ſunt oriundi Ciuitatum, vel locorum, aut Prouinciarum, in quibus profeſſionem emiſerunt, omnibus illorum dignitatibus, & officijs priuentur, Abbates verò, & alij Pręlati dictę Prouincię Siculę à Regimine ipſius Monaſterij S. Pauli, ac officio Procuratoris Generalis dictorum Ordinis, & Congregationis, cum de eis in prędictis literis ad hęc nulla

nulla mentio facta fuerit in eorum damnum, & prę-iudicium excludantur.

Nos igitur in ſupremo dignitatis culmine, Diuina diſponente clementia conſtituti, in his remedium prouiſionis noſtrę adhibere cupien. dictarum literarum veriores, & totos tenores pręſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine Sancti Petri Mutinen. ac eiuſdem Sancti Petri Regien. Monaſteria huiuſmodi, illorumque Abbates, Priores, Conuentus, ac alias illorum perſonas nunc & pro tempore exiſtentes ab eadem Prouincia Hetrurię perpetuò diſiungimus, & ſeparamus, illaque, & illos prędictę Prouincię Lombardię etiam perpetuò ſubijcimus, & ſupponimus.

Quodque de cętero perpetuis futuris temporibus illi, qui in Monaſterijs dictorum Ordinis, & Congregationis Ciuitatum, & locorum, ex quibus non ſunt oriundi ad pręſens profeſſi exiſtunt, non autem qui de cętero ad ipſorum Ordinis, & Congregationis habitus ſuſceptionem, ac profeſſionem Regularem admitterentur, omnibus, & ſingulis Priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, fauoribus, antelationibus, prærogatiuis, alijſq; gratijs tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus oriundi Ciuitatum, Locorum, & Prouinciarum huiuſmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pariter, & pariformiter, ac ęquè principaliter in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi ex

eis

eis oriundi eſſent, vtantur, potiantur, & gaudeant, ac nihilominus oriundi cęteris paribus profeſſis in aſſecutione dignatum, ac officiorum huiuſmodi pręferantur.

Quodque Abbates, & Priores dictę Prouincię Siculę vnà cum Abbatibus, & Prioribus Romanę, Neapolitanæ, & Hetruriæ Prouinciarum prædictarum ad regimen dicti Monaſterij S. Pauli, & officium Procuratoris Generalis huiuſmodi concurrant, ac ad illa, & eorum alterum ad inſtar Abbatum, & aliorum Priorum aliarum Prouinciarum prædictarum eligi poſſint, & valeant.

Ac pro pace inter Regulares perſonas dictorum Ordinis, & Congregationis conſeruan. illorumque augumento, quod in ſingulis eorum Monaſterijs pro quolibet decimotertio numero Monachorum Profeſſorum vnus graduatus, nempè vnus Abbas, vel Procurator Generalis, aut Cancellarius Præſidis, ſiuè vnus Prior pro qualitate, & capacitate profeſſorum ſingulorum reſpectiuè Monaſteriorum, & pro quinque Monachis profeſſis, vnus Decanus, computatis Cellerarijs, ac Nouitiorum Magiſtris, Confeſſoribus Monialium, ac Rectoribus, alijſque Officialibus, ità tamen, quod ipſi Decani numerum tercentum non excedant, aſſignentur.

Ad officium tamen Decanorum quoad ſufficientiam literarum illi dumtaxat Monachi aſſumantur, qui, vel per examinatores ab Ordinarijs locorum pro tempore deputatos, ſeù per dictos Viſitatores, vel alios ab ipſis Viſitatoribus, vel Diffinitoribus

ſubro-

ſubrogatos ad Confeſſiones Chriſtifidelium audiendas examinati, cum effectu per patentes literas in forma probanti Viſitatoribus tradendas, & ab ipſiſmet Viſitatoribus, an fauore, vel merito illas impetrauerint examinandas; & Diffinitoribus Capituli Generalis præſentan.; tanquam idonei approbati fuerint. Quo verò ad integritatem vitæ, & morum probitatem pro potiori cautela, & ſecuritate exactiſſimam inquiſitionem faciant Viſitatores examinando, tàm Abbates, Priores, quàm cæteros Monachos cum omni diligentia, ac puram, & meram veritatem repertam Diffinitoribus in ſcriptis medio eorum iuramento, deferant.

Præterea quod Conſtitutiones dictorum Ordinis, & Congregationis per fel. record. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum approbatæ, & confirmatæ in omnibus, & per omnia ſub pœnis à Diffinitoribus ſtatuendis, ac præfigendis pro ſingulis traſgreſſionibus pręfatarum Conſtitutionum ipſo facto incurren., dummodò per aliàs Conſtitutiones Apoſtolicas reuocatæ non ſint, inuiolabiliter obſeruentur.

In Monaſterijs dictorum Ordinis, & Congregationis etiam in quibus licet tantum decem de Conuentu Monachi exiſtant, horæ Canonicæ, tàm diurnæ, quàm nocturnæ in Choro pſallendo, ſingulis diebus recitentur, culpæ Monachorum in Capitulo ſemel in qualibet hebdomada ad minus audiantur, Miſſæque decantentur, & lectio caſuum conſcientię ſaltem bis in vnaquaque hebdomada

habea-

habeatur, ac diſciplina Monaſtica prout in alijs Monaſterijs ſeruatur, etiam ſeruetur, in Refectorio lectio aſſidua audiatur. Carnes verò in illis Monaſterijs, ac temporibus tantùm in Conſtitutionibus prędictis pręſcriptis, & per dictum Gregorium Pręceſſorem approbatis, extra tamen illorum Refectoria edantur, Pręmiſſaque omnia non obſeruantes, tàm Superiores, quàm inferiores voce actiua, & paſſiua ad arbitrium dictorum omnium Diffinitorum, ſeu Regiminis ipſo facto priuati exiſtant.

Quodque decreta facta, & non impreſſa, ac in poſterum fienda pro bono regimine dictorum Ordinis, & Congregationis in illorum Capitulis Generalibus per vota ſecreta à maiori parte illorum Pręlatorum approbantur, & ad effectum, vt omnes ad eorum obſeruationem, ſub pœna pręcepti teneantur, & obligati exiſtant à Sede prędicta confirmari, & approbari debeant.

In reliquis verò omnia, & ſingula in prędictis noſtris literis contenta in omnibus, & per omnia iuxta illorum tenorem obſeruentur, nec illorum declaratio, moderatio aliquà in parte, vel in totum, ſeù reuocatio, quouis quęſito colore, vel ingenio, niſi de conſilio, & conſenſu omnium dictorum Ordinis, & Congregationis Pręlatorum, etiàm ſub priuatione dignitatum, & officiorum, quas, & quę pro tempore obtinuerint, ac inhabilitatis ad ipſas obtinen. eo ipſo incurren. pœna nullo vnquam tempore intentari, vel impetrari poſſint, itidęm perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ac ità in

omni-

omnibus, & ſingulis, quos concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum ſub pœnis prefatis inuiolabiliter obſeruari debere volumus, & mandamus.

Preſentes verò noſtras literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtre, vel quopiam alio defectu notari, ſeù impugnari, aut alias quomodolibet infringi vel retractari ſeù inualidari, aut ad viam, & terminos iuris reduci, ſeù in ius, vel controuerſiam vocari, aut aduerſus eos quodcumque iuris, & facti, vel iuſtitie, aut gratie remedium intentari, impetrari, vel concedi nullatenus vnquam poſſe: ſed eas ab omnibus, & ſingulis, quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari debere, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri & ita per quoſcumque Iudices, tàm Ordinarios, quàm delegatos quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij noſtri Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quo circà dilectis filijs, prædictorum Ordinis, & Congregationis Protectori, necnon Curiæ cauſarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generali Auditori, nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi,

vel

vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes noſtras literas, ac in eis contenta quæcumq; vbi, & quando, ac toties, quoties opus fuerit, ac pro parte nunc, & pro tempore exiſtentium dictorum Ordinis, & Congregationis Patrum, aut alius eorum nomine Congregationis requiſiti fuerint ſolemniter publicandis eiſque; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſteñ, faciant eas, & ea auctoritate noſtra ab omnibus inuiolabiliter obſeruari, ac omnes dictorum Ordinis, & Congregationis Prælatos, Monachos, ac aliàs illorum perſonas eis pacificè frui, & gaudere non permittendo eos deſuper quomodolibet moleſtari, vel perturbari.

Contradictores quoslibet, & rebelles per quaſcuis Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras etiam pecuniarias pœnas eorum arbitrio imponeñ, moderañ, & applicañ, cæteraque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habeñ, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas, etiam iteratis vicibus aggrauañ, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio. Non obſtañ præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacij Papę VIII. Prędeceſſoris noſtri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodò quis vigore pręſentium extrà ſuam Ciuitatem, & Diœc. vltrà tres dietas ad iudicium non trahatur, alijſq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, dictorum Ordinis, & Congregationis etiam

iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitatę roboratis ſtatutis, ſtabilimentis, vſibus, & conſuetudinibus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & exprę ſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romę, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 21. Martij 1608. Pontificatus noſtri anno tertio.

Scipio Cobellutius.

ROMÆ, Ex Typographia Reuer. Cam. Apoſt. MDCVIII.

PAV-

PAVLVS V.

A tergo.

Dilectis filijs, Præſidenti, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Abbatibus, Præfatis, ac Regimini Congregationis Caſinenſis Ordinis S. Benedicti.

Intus vero.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Alias à Nobis emanarunt literæ tenoris ſubſequentis, videlicet. Dilectis filijs, Pręſidenti, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Abbatibus, Pręfatis, ac Regimini Congregationis Caſinenſis, Ordinis S. Benedicti. Paulus Papa Quintus. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumſpecta nonnumquam aliqua ex eis, quæ pro bono regimine, & felici directione Religioſorum ſtatuerat, immutat, aliàſque diſponit, prout rerum, & temporum varietatibus, & perſonarum qualitatibus diligenter penſatis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Aliàs ſi quidem ad tolleñ nouem Diffinitorum Prouinciarum Congregationis veſtrę Caſineñ Ordinis S. Benedicti, quas in vniuerſa Italia, Inſuliſque ei adiacentibus, ſeptem eſſe voluimus, perpetuitatem per Noſtras ſub die 6. Aprilis anni 1607. in ſimili forma Breuis expeditas literas, inter alia ſtatuimus, & ordinauimus, quod ſingulo quoque anno tres Diffinitores ex antianis, ſiue antiquioribus, duo nempe ex Lombardiæ, Venetæ, & Liguriæ, ac vnus ex Romana,

Hetruriæ, Neapolitana, & Sicula, Prouincijs, ab eodem Diffinitorio vacarent per biennium, & illorum loco tres ſubſtituerentur reſpectiuè ex eiſdem Prouincijs, ita vt ſemper haberet Diffinitorem, ſeù Diffinitores, præſcriptum, ſeù præſcriptos, prout in dictis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus plenius continetur. Cum autem, ſicut Dilectus filius, Procurator Generalis eiuſdem veſtrę Congregationis, totius Congregationis huiuſmodi nomine, Nobis nuper exponi fecit, propter trium Perſonarum ab Officio Diffinitoris huiuſmodi biennalem ceſſationem, & frequentem mutationem, Officij Diffinitorum huiuſmodi vires infirmentur, & ſæpe perſonæ ad illud admittendę ſint minus idoneę, & negociorum principalium Congregationis parum peritæ, & alijs iuſtis de cauſis pro Congregationis quiete, & tranquillitate expediat, vt ad priſtinum, qui antequam prædictæ literę noſtrę emanarent, erat, ſtatum eorundem Diffinitorum electio reducatur, Nos proſpero, felicique dictę Congregationis ſtatui, atque directioni peramplius conſulere, voſque ſpecialibus fauoribus & gratijs proſequi volentes, & veſtrum ſingulas perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus Procuratoris prędicti, totius Congregationis veſtrę huiuſmodi nomine, Nobis ſuper

hoc

hoc humiliter porrectis inclinati, Statuimus, vt de cętero libera ſit vnicuique veſtrum facultas, quos idoneos iudicauerit, Pręlatis, habentibus vocem in Capitulo, ad Officium Diffinitoriatus eligendi, nulla habita ratione, quod in vno alteroque Capitulis Generalibus pręcedentibus ſucceſſiuè fuerint Diffinitores, quodque biennio non vacauerint, firmis in reliquis remanentibus literis noſtris pręd ictis, quas ſaluas eſſe, & in ſuo robore remanere volumus, & non alias, non obſtantibus literis noſtris pręd ictis, nec non omnibus illis, quę in eis voluimus non obſtare, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Pręſentibus ad Triennium proximum dumtaxat valituris. Datum Romę, apud S. Mariam Maiorem, ſub annulo Piſcatoris die 25. Martij 1619. Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

Cum autem, ſicut Dilectus filius, Procurator Generalis eiuſdem Congregationis, totius Congregationis huiuſmodi nomine Nobis nuper fecit notum, prędictę Congregationis maximè futurum ſit, ſi de cętero, perpetuis futuris temporibus Diffinitorum eorumdem electio, iuxta poſteriorum literarum noſtrarum huiuſmodi formam, & tenorem fiat, Nobis propterea dictus Procurator Generalis, quo ſupra nomine humiliter ſupplicari fecit, quatenus in premiſſis, vt infra, opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur proſpero, feliciquedictę Congregationis ſtatui, & directioni peramplius etiam conſulere volentes, & veſtrum ſingulares perſonas à quibuſuis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel

 ab

ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatę exiſtunt, ad effectum pręſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus Procuratoris prędicti, totius Congregationis huiuſmodi nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Statuimus, vt impoſterum, perpetuis futuris temporibus libera ſit vnicuiq; veſtrum facultas, quos idoneos iudicauerit, ex Pręlatis habentibus vocem in Capitulo, ad officium Diffinitoriatus eligendi, nulla habita ratione, quod in vno, alteroue Capitulis Generalibus pręcedentibus ſucceſſiue fuerint Diffinitores, quodque biennio non vacauerint, firmis in reliquis remanentibus prioribus noſtris literis prędictis, quas ſaluas eſſe, & in ſuo robore permanere volumus, & non alias. Non obſtantibus eiſdem prioribus literis noſtris, nec non omnibus illis, quę in eis voluimus non obſtare, cęteriſq; contrarijs quibuſcunque.

Datum Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris die 14. Septembris 1620. Pontificatus noſtri anno decimo ſexto.

S. Card. S. Suſannæ.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. MDCXXXXII.

VRBA-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CIRCVMSPECTA in omnibus Romani Pontificis prouidentia ea quę rationabilibus de cauſis pro bono regimine Regularium ſtatuerat, ſi ſucceſſu temporis incommodum afferre noſcuntur, alijs non minus iuſtis ex cauſis tollit, & reuocat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Aliàs ſiquidem ſupplicationibus dilectorum filiorum Abbatum Monaſteriorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis, aliàs Sanctę Iuſtinæ de Padua nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ſtatuimus, & decreuimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Diffinitorium eiuſdem Congregationis non ſit, nec eſſe poſſit perpetuum, ſed quo ad omnes Diffinitores vacabile, ità quod ipſorum Diffinitorum officium ſit annale, & vigore cuiuſcumque confirmationis vltra biennium non duret, quodque etiam in Dieta dictæ Congregationis nullus Abbas deponi, aut in pœnam abſque cognitione cauſæ mutari poſſint, prout in noſtris in ſimili forma Breuis die 4. Maij 1628. expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem ſicut ex fide digna dictæ Congregationis relatione accepimus, & experientia rerum magiſtra compertum ſit redductionem officij

Diffinitoriatus huiuſmodi ad biennium per prædictas noſtras literas factam in dictæ Congregationis detrimentum, & perturbationem cedere, ea præſertim de cauſa, quod peritiores, vt plurimum & in Congregationis negotijs verſati neceſſariò prętereantur, & auctoritas Magiſtratus illius minuatur, delinquendique licentia creſcat, & minus quàm par eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus neceſſarijs intendi poſſit. Propterea nos eiuſdem Congregationis indemnitati, & felici directioni quantum cum Domino poſſumus conſulere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine literas noſtras prædictas, quoad præmiſſa dumtaxat, illis quod alia in eis contenta ſcilicet quod Decani in dieta dictæ Congregationis, quæ infra annum per Præſidentem, & Viſitatores ſuis præſcriptis temporibus celebratur, ſub quocumque prętextu creari nullatenus poſſint, in ſuo robore permanentibus, tenere pręſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ſtatuentes, atque decernentes quod de cętero perpetuis futuris temporibus iuxta primęuam Congregationis huiuſmodi inſtitutionem, & facultatem a fel. rec. Eugenio Papa IV. Prędeceſſore noſtro ſub dat. Romæ apud S. Petrum nono Kal. Decembris Pontificatus ſui anno ſecundo conceſſam, & à rec. me. Adriano Papa VI. per alias in forma Breuis ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 16. Aprilis Pontificatus ſui anno primo, & ſimiliter à Sixto Papa V. ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 17. Februarij Pontificatus ſui anno tertio, & denique à Paulo V. etiam Prędeceſſoribus

ribus noſtris ſub Dat. Romæ apud S. Petrum die 14. Septembris Pontificatus ſui anno 16. confectas literas approbatam, & innouatam libera ſit vniquique Prælatorum dictæ Congregationis facultas, quos idoneos iudicauerit (ſuper quo conſcientiam cuiuslibet ipſorum oneramus) ex Prælatis habentibus vocem in Capitulo ad Officium Diffinitoriatus eligendi, nulla habita ratione, quod in vno alteroue Capitulis Generalibus præcedentibus ſucceſſiuè fuerint Diffinitores, quod biennium non vacauerint, nec non, quod in dictæ Congregationis Dieta, vt ſupra in ſ à annum celebranda Abbates Monaſteriorum eiuſdem Congregationis mutari, ſuſpendi, & deponi eo modo quo antequam literæ noſtrę prędictę emanarent in poſterum liberè, & licitè poſſint. Quocirca dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentij in Damaſo Diacono Card. Barberino nuncupato S. R. E. Vicecancellario noſtro ſecundum carnem ex fratre germano Nepoti moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Congregationis Caſinenſis apud nos, & Apoſt. Sedem Protectori per præſentes mandamus, vt pręſentes noſtras has literas in proximis futuris Dieta, & Capitulo Generali ſolemniter publicari, & omnia in eis contenta per eos, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit auctoritate noſtra firmiter obſeruari curet, & faciat, contradictores quoſcumque per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtañ ijſdem noſtris literis alijſq; conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis, & Congregationis huiuſ-

modi

modi etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegijs quoque Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac prę̨ſertim literis fel. rec. Leonis Papę X. Gregorij XIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum ſub quacumque verborum forma, & expreſſione ſuper dd. Diffinitorum electione, dictæque Congregationis directione, aut alias ſuper præmiſſis quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoribus, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſerta eſſent pro ſufficienter expreſſis habentes, quoad permiſſa duntaxat illis, quoad alia in eis contenta in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 8. Iulij 1637. Pontificatus noſtri anno decimo quarto.

M. A. Maraldus.

Loco † Sigilli.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt.
MDCXXXXII.

Decre-

Decretum fel. rec. Clementis Papę VIII. ſuper Caſuum reſeruatione ab omnibus Regularium Superioribus obſeruandum.

SANCTISSIMVS D. N. qui iam pridem accuratè perpendit, ac re ipſa comperit, quod reſeruatio facultatis abſoluendi Religioſos pœnitentes à peccatis quibuſdam grauioribus, niſi ſuperiores admodum prudenter, ac moderatè illa vtantur, nonnullos infirmiores, qui interdum ſuperiori ſuo conſcientiæ maculas detegere formidant, adducere poſſet in æternæ damnationis periculum, & ſpiritualis remedij deſperationem; Ideò vt huic malo Sanctitas Sua opportunè proſpiceret, decreuit, vt nemo ex Regularium ſuperioribus peccatorum abſolutiones ſibi reſeruet, exceptis ijs, quæ ſequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquod, prout ſubditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

Apoſtaſia à Religione, ſiue habitu dimiſſo, ſiue reten-

reten-

retento, & quando eo peruenerit, vt extra ſepta Monaſteria, ſeù Conuentus fiat egreſſio. Nocturna, ac furtiua è Monaſterio, ſeù Conuentu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale. Iuramentum falſum in Iudicio regulari, ſeù legitimo.

Procuratio, auxilium, ſeù conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſequuto.

Falſificatio manus, aut Sigilli Officialium Monaſterij, aut Conuentus, furtum de rebus Monaſterij, ſeù Conuentus in ea quantitate, quæ ſit peccatum mortale.

Lapſus carnis voluntarius opere conſumatus.

Occiſio, aut vulneratio, ſeù grauis percuſſio cuiuſque perſonæ.

Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio literarum à ſuperioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad ſuperiores.

Si quod aliud prætereà peccatum graue pro Religionis conſeruatione, aut pro conſcientiæ puritate reſeruandum videbitur, id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura diſcuſſione, & conſenſu.

Non liceat ſuperioribus Regularium confeſſiones ſubditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſeruatum admiſerint, aut ipſemet ſubditi ſponte, ac proprio motu id ab ijs petierint.

Superiores in ſingulis domibus deputent duos,

tres,

tres, aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero maiori, vel minori, iijque ſint docti, prudentes, ac charitate præditi, qui à non reſeruatis eos abſoluant, & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi ipſe in primis Confeſſarius iudicauerit.

Tàm Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quàm de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt ad exteriorem gubernationem vtantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graues quibuſdam peccatis, etiam non reſeruatis à Confeſſarijs imponendas, quæ ſubditos ab huiuſmodi perpetrandi cohibere poſſint.

Atque ità per quoſcumq; Regularium Superiores, quicumq; illi ſint, obſeruari mandauit. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac cuiuſuis Concilij, etiam generalis Decretis, nec non conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſeruatis, aut Regulis in generalibus, ſeù prouincialibus Capitulis editis, ſtatutis, & conſuetudinibus etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis, priuilegijs, indultis, & conceſſionibus quorumcumque, quorum tenores hic pro expreſſis haberi voluit, cæteriſque in contrarium facień quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum die 26. menſis Maij anno Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declarauit, & declarat,

vt

Digitized by Google

vt ſi huiuſmodi Regularium Confeſſarijs caſus alicuius reſeruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, poſſint nihilominus Confeſſarij illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, abſoluere, &c.

AD LECTOREM.

MVltæ in hoc toto Opere tibi occurrent literulæ ex Typographi incuria vel malè impreſſæ, vel inuerſæ, eas ſingulas ſtylo cenſorio ſignare operæ pretium non duximus: adnotauimus grauiora, atq; ea tantum, quæ tua non ità facilè toleraret humanitas.

In Regula, & eius Declaratorio.

Pag.	Verſ.	*Errata*	*Corrige.*	Pag.	Verſ.	*Errata*	*Corrige.*
3	6	ſuccirctus	ſuccinctus	145	8	Tunioellæ	Tunicellæ
9	15	indiget	indicet	145	9	a terrb	à terra
39	4	Domenica	Dominica	146	5	omncs	omnes
3	6	per ſingulo dies	per ſingulos dies	150	2	patientur	patienter
60	14	fereæ	ferreæ	158	28	Comminos	Commiſſos
61	13	Angelice	Angelicæ	159	10	expleuerint (prout	expleuerint, pro vt
64	2	bonorrm	bonorum	159	27	debeant	debent
64	17	neglixerit	neglexerit	60	6	qua docet	qua decet
76	20	ammittant	amittant	161	23	habeant	habent
88	5	mandant	mandent	162	9	allentiantur	alleniatur
95	18	dnmmodo	dummodo	162	14	ſui	ſin
69	26	capiat capiat	capiat	164	7	ſi qua tamen	ſi quæ tamen
104	5	teneaant	teneant	164	8	Carliras	Charitas
104	8	cænant	cænent	170	22	etian	etiam
114	7	excommunicantur	excommunicatur	175	11	Prælatum	Prælatus
125	6	ſirtus	virtus	176	6	ſic	ſic
125	11	ſſectibus	ſletibus	177	12	Complectorium	Completorium
125	12	obſeruatione	obſeruantiæ	178	12	durant	durent
131	2	Ieiuniam	Ieiunium	184	24	conſiglio	conſilio
131	13	exigat	exigit	188	16	feſtinantur	feſtinanter
138	27	acciplant	accipiant	190	28	conſiglio	conſilio
140	4	acqua	aqua	195	22	deferant	deferunt
142	4	ſufficiunt	ſufficient	202	3	imponat	imponant

In Prima Parte Conſtitutionum.

Pag.	Verſ.	Errata	Corrige	Pag.	Verſ.	Errata	Corrige
1	11	incomoda	incommoda	41	24	libertalis	Libertatis
2	18	nuntium	nuncium	42	22	ſeuum	ſuum
21	8	moneant	moneat	55	20	deſcriptæ	deſcripta
28	15	De	Ne	58	20	Abbate	Abbati
41	13	Petri, Pauli	Petri, & Pauli	59	16	ponituro	punituro

In ſecunda Parte Conſtitutionum.

Pag.	Verſ.	Errata	Corrige	Pag.	Verſ.	Errata	Corrige
12	30	diſcendo	diſcedendo	16	24	valent	valeat
13	28	diudicent	dijudicent	19	12	debet	debeat
14	28	ſi quis	ſi qui	30	8	Se	Ne

Digitized by Google